TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1371_I**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Pajani Gregori
Theolo-
gia Mor:
de Conscien-
tia et Legi-
bus.
T. I.

I

1371

I
571

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Pajani Gregorio

Acquisto 10 Settembre 1888
Vol. 4. £ 3.00

Theologia Moralis
Quam

Die 13. Novembris Anno 1762.
Legere cepit in Sem.° Vtinensi
Gregorius Pajani De sclaonico
Sub Auspicijs
Excellentissimi, ac Reverendissimi
D. D.
Bartholomei Gradonici Archiep. Vtin.

Tom. 1. De Conscientia, & De Legibus.

In Theologiam Moralem Brevis Praefatio.

Mare magnum, cujus fines transgredi, vastissimumque Oceanum, cujus profundum detegi nequit, ingredimur, praestantissimi Auditores. Ex una enim parte Theologia Moralis ea scientia est, cujus est hominum mores recte instituere, bene dirigere, ac melius componere, nec non actiones omnes nostras, verba, et cogitationes legi aeternae Dei, Divinis praeceptis, Ecclesiasticis institutis, ac Principum legibus concordare, optimeque conformare: ex altera vero parte tot, tamque varii inter se contingunt casus, quot vel calamus tot illustrium virorum de hac scientia bene meritorum comprehendere, aut mens praevidere non potuerunt, aut etiam in praevisis, et ad rigidum examen maximo cum labore, ac diligentia, atque studio vocatis adhuc omnis clara veritatis lux non apparuit, sed sub obscuro velamine adhuc veritas ipsa detinetur. Hanc tamen facultatem, licet jam datum fuerit laborare, quin finem ex integro consequamur libenti, alacrique animo pertractare suscipis, et vobis tradere mihi carum, gratumque erit, tum quia et necessaria, et utilis, et jucunda est, tum quia fructum, et mihi, et vobis haud contemnendum promitto.

Ac in primis <u>necessaria</u> quidem, quia hac una datur agnoscere, quid honestum, licitum, perfectumque sit, ac proinde amplectendum, et quid inhonestum, illicitum, et a perfectione recedens sit, ac proinde fugiendum, ad finem ultimum nempe Deum consequendum. <u>Utilis</u> etiam, quia hac una duce cognoscuntur, quae sint praecepta, quae sint permissa, quaeque tantum sint de consilio, et nosmetipsos a conscientiae angustiis, quae in hominis actibus passim obviae sunt, liberare, et alios etiam docere, et instruere dabitur, et docendo optata, et sperata consequi. Tandem et <u>jucunda</u>: Quid enim jucundius homini, quam novisse semetipsum, ac se in iis implicare, quae nedum varietate sua animos alliciunt, curiososque faciunt, sed et id efficiendo a mente tenebras, quibus nihil est miserabilius in re praesertim scitu necessaria, expellunt, atque eliminant.

Quapropter licet plurimum insudandum sit, multumque laboris impendendum; nos tamen impensam dare operam non pigeat, et eo majorem, quo plures sese objiciant difficultates, praesertim cum simus veluti lucerna supra montem posita, cujus lux mundum illuminare debet; et sal terrae, per quos condiendi sunt (exemplo scilicet, et Doctrina) quodammodo populi, idest caeteri Xti fideles; quorum labia scientiam custodire debent, ut respondeant, et instruant legem ex eorum ore quaerentes: Uno verbo non solum integritate morum, sed et Doctrina caeteris praelucere debemus. At quoniam haec tam difficilima ex nobismetipsis vel aggredi, vel inchoare, et eo minus perficere valemus, nisi desuper datum sit a Patre luminum, qui est lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ante omnia, praesertim cum ipse sit adjutor in opportunitatibus, ad quem confugiamus, vitae puritate, precibus, ac etiam vi-

cilijs, et jejunijs, si quis fuerit, nosmetipsos ad exemplum Angelici Praeceptoris commendantes, puritatem casti ad hunc non de malitia saltem, aut negligentia, et culpabili ignorantia à vero deviaturos, et per consequens futurum nihil, quo prudenter dubitare possimus interim usurpantes illud Prophetae Psal. 26. V. 1. Dominus illuminatio mea, et salus mea: quem timebo?

Tractatus primus.

De interna morum regula, seu de Conscientia.

Caput primum.

De conscientiae natura, ejusque divisione.

1. Conscientiae nomen, ut tradit Angelicus Doctor in 2. Sent. Dist. 24. Q. 2. A. 4. in O, pluribus modis accipi fit. Et primo quandoque sumitur pro ipsa re conscita, quo sensu 1. Timoth. legitur: Caritas procedit de conscientia bona: 2do, pro ipsa intellectiva potentia, et intellectus dici solet: et de conscientia his duobus modis sumpta hic sermo non instituitur: 3tio pro habitu primorum principiorum moralium, quo quis ad conscientiam disponitur, et appellatur synderesis: quarto pro particulari judicio practico dictante, et veluti monente, hanc peculiarem actionem tanquam praeceptam faciendam esse, aut tanquam prohibitam fugiendam esse. Et in hoc sensu propria dicitur conscientia, et de hac in praesenti agemus. Ad cujus tri captum praemittere juvat notiones synderesis, scientiae moralis, et prudentiae, cum quibus facile est confundi.

2. Synderesis itaque est habitus cognoscitivus, seu notitia, et conservatio primorum principiorum moralium ad praxim dirigentium. Dicitur autem habitus, seu notitia, et conservatio. Quemadmodum enim in intellectiva nostra potentia respectu purum cognoscibilium est quidam habitus cognoscitivus primorum principiorum, quo ad speculandum tendere, ordinatus ad veritatem cognoscendam, et à falsitate discernendum: qualia sunt illa: impossibile est idem simul esse, et non esse: Omne totum est majus sua parte etc; ita et intellectui nostro inest respectu agibilium, seu humanorum actuum quidam habitus cognoscitivus primorum principiorum moralium, seu practicorum generatim inclinans ad bonum agendum, malumque fugiendum: cujusmodi sunt istaec principia: Malum peccati est fugiendum: Bonum honestum amplectendum est: Convenienter naturae vivendum est: Deus est colendus etc. Quae, aut similia principia practica sunt universales, et per se notae actionum humanarum regulae, et quasi semina virtutum immutabilia, ut docet S. Aug. Lib. 2. De Lib. Arbit. Cap. 10. Additur: Primorum principiorum moralium ad praxim dirigentium: per quae verba synderesis distinguitur tum ab habitibus speculativis, seu ad simplicem veritatis contemplationem dirigentibus, tum ab alijs habitibus practicis, ut artium mechanicarum etc, si qui dantur de quibus Philosophi.

3. Scientia autem moralis prout à synderesi contradistincta, est habitus, seu notitia conclusionum universalium ex primis principijs practicis deductarum.

V.G. Principium generale practicum est: omne malum peccati fugi-
endum est: ex quo subsumit ratio: sed furtum est malum morale
et inde concludit: ergo furtum fugiendum est et sic jam habes mo-
ralem scientiam: Habitus enim inclinans ad applicandum praedictum
principium, et conclusionem inferendam, ac etiam notitia praedictae
conclusionis quae derivatur ab eo principio scientia moralis est.
Quae deinde in naturalem, et supernaturalem dividitur: Naturalis
est habitus cognoscitivus conclusionum universalium practicarum
ex principiis naturalibus, seu lumine naturae notis. Supernaturalis est
habitus cognoscitivus conclusionum universalium practicarum ex prin-
cipiis supernaturalibus, seu quatenus a Deo revelatis. Sic haec con-
clusio: ergo furtum fugiendum est: si spectatur, prout deducitur
ex illis praemissis: omne malum peccati fugiendum est: furtum est ma-
lum peccati: et lumine naturali notis, erit scientia moralis na-
turalis: si vero consideratur, prout infertur ex illis praemis-
sis lumine supernaturali, seu ex revelatione cognitis, erit sci-
entia moralis supernaturalis.

4. Prudentia vero ab Aristotele definitur sic
recta ratio agibilium: seu habitus cum vera ratione activus.
Prudentia scilicet est virtus ex principiis, et conclusionibus uni-
versalibus ostendens, quid in quavis peculiari actione attentis
rerum, et circumstantiarum natura, et operantis fine faciendum
sit tanquam honestum, et fugiendum tanquam turpe, in ordine ad
ultimum finem. Quapropter hoc singulare est prudentiae exa-
minare nempe, an hic, vel illa particularis casus compre-
hendatur, necne sub universalibus principiis, et propositio-
nibus, et conclusionibus universalibus tum maxime diligentibus
attento jam rerum, et circumstantiarum statu. V.G. Principium
certum est, malum morale fugiendum esse. item certum est, fur-
tum esse malum morale, ac proinde fugiendum: hinc pruden-
tia examinat, an V.G. in casu necessitatis aliena surripere extremae
furtum sit, item an hic sit casus extremae necessitatis, et
inde cognoscens in casu necessitatis extremae aliena surripere
malum non esse, sed permissum, atque hunc esse talem casum,
inde concludit hic et nunc permissum esse aliena surripe-
re. Et ex his patet prudentiam reddi a synderesi, sed et
a morali scientia multum discriminari, scilicet tanquam
particulare ab universali, determinatum ab indeterminato.
item et a conscientia, ut melius infra videbimus, tanquam
habitum ab actu, nisi et placeat considerare prudentiam
tanquam actum, in quo casu certe non differt a conscientia
quin immo est ipsissima conscientia practica vera, et recta
non si quomodocumque conscientia vitiatur prout accipi-
tur conscientia et recta, et erronea, dubia, et perplexa
scrupulosa etc.

5. Conscientia tandem proprie dicta, quae ab
Hugone a S. Victore lib. 2. de Anima cordis scientia, et a
S. Thoma, et Scoto cum aliis scientia nuncupatur, communiter
definitur dictamen intellectus practicum ex principiis com-
munibus judicans aliquid in particulari, seu hic, et nunc agen-
dum ut bonum honestum, vel fugiendum ut malum inhonestum esse,
fuisse, vel fore. Dicitur primo dictamen intellectus: conscien-
tia enim in primis non se habet per modum potentiae vel

habitus, sed per modum actus, ut clare docet S. Thomas Quæst. 17. de Veritate A. 1 et prima parte Q. 79. A. 13. inquiens: Conscientia deponi fit, non autem potentia: ergo conscientia non est potentia: Rursus: Conscientia importat ordinem scientiæ ad aliquid: Nam conscientia dicitur cum alio scientia; applicatio autem scientiæ ad aliquid fit per aliquem actum; ergo ex ratione nominis patet, quod conscientia sit actus. Quod clarius pro nostra assertione secundo conscientia est actus intellectus, et non voluntatis, ut clare invenit scripturæ; Ecclesiast. 17. legitur: Scit enim conscientia tua, quia et tu crebro maledixisti alijs: Et Gen. 42. aiebant Fratres Joseph Non est in conscientia nostra, quis posuerit pecuniam in marsupijs nostris: et 2. Chorin. 1. Hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ: Porro scire, et testari sunt intellectus, et non voluntatis actus. Et ex his patet solutio ad duas quæstiunculas, quæ institui à nonnullis solent, quarum prima est: An conscientia sit actus, an potentia, vel habitus? Altera est: An sit intellectus, an voluntatis actus?

6. Dicitur 2do dictamen practicum, dictans nempe quid sit agendum tanquam honestum, et tanquam turpe fugiendum. Quod ut notent, advertes, aliud esse dictamen improprie, et late tale practicum, et aliud esse dictamen proprie, et rigorose practicum: Primum illud est quod in com̄uni dictat aliquid esse faciendum, aut evitandum: V.G. cuilibet jus suum est reddendum: Adulterium fugiendum. Atque hoc potius ad synderesim, et scientiam moralem, quam ad conscientiam spectat. Alterum illud est, quod circa actionem in particulari versatur: V.G. hodie mihi jejunandum est: Ab hac ocasione fugiendum est. Et hoc duplex est: Primum, quod 2do ratione superiorem, [redacted] secundum rationem videlicet honestatis informatur. V.G. Hanc rem auferre non debeo, quia injustum est alienum surripere. Alterum est, quod 2do ratione inferiorem, nempe 2do rationem alicujus boni utilis, aut delectabilis formatur: V.G. Hic, et nunc rem hanc auferre debeo, quia mihi valde utilis, et jucunda est. Et hoc 2do dictamen nimis in actionibus nostris prævalens non conscientia, sed anti-conscientia potius dicenda est.

7. Dicitur 3tio: ex principijs com̄unibus judicans aliquid in particulari, seu hic, et nunc agendum. Conscientiæ enim dictamen discursivum est, nimirum non quidem formali tantum, sed ut plurimum virtuali, et implicito tantum discursu, seu syllogismo, quo medio universale principium synderesis, et moralis scientiæ ad particularem actionem, seu opus medio minore applicatur. Hinc ad rem Angelicus Præceptor in 2 Dist. 24. Q. 2. A. 4. in c. inquit: Et inde dicitur conscientia, quasi cum alio scientia: quia scientia universalis ad actum particularem applicatur (medio nempe discursu) vel etiam quia per eam aliquis sibi conscius est eorum, quæ facit vel facere intendit.

8 Dicitur tandem, judicans aliquid agendum aut fugiendum esse, fuisse vel fore. Pro cujus intelligentia nota, quod conscientia nostra partim se extendit ad opera nostra præterita, vel ea accusando tanquam male facta, et tunc dicitur remorsus conscientiæ: vel ea commendando,

et approbando tanquam bene facta. Quod ab Aplo 2. Corinth. 1. dicitur Testimonium conscientiae nostrae. Tertio se extendit ad opera instantia, vel futura, dictando, quae agenda sunt vel omittenda tanquam honesta, quaeque tanquam turpia sunt, aut fugienda omnino. Quo de re S. Basilius Hom. 12. ad Populum ait = Quoniam ex proverbiis Salomonis sententia, cogitationes justorum judicia sunt viro sapienti, omnino satagendum erit, intra cordis arcana tribunal constituere, rectaque facere judicia, mentem quoque velut in trutina suspendere ad ea, quae conveniunt, et ad quodlibet agendum aequa lance librare = Et ex his, quid conscientia sit, perspectum habes. Nunc ad ejus divisionem. Conscientia potest spectari sit ex parte sui
9 objecti, potest ex parte actus, seu modi operandi. Si primum, dividitur in veram, seu rectam, et in falsam, seu erroneam. Quarum prima subdividitur in speculativam, et practicam, seu ethicam veram, seu rectam, et in practicam, seu ethicam tantum veram, seu rectam: in praecipientem, et consulentem; Altera vero in vincibilem et invincibilem. Si 2dum subdividitur in certam, et incertam, in probabilem, et improbabilem, in laxam, et scrupulosam, in perplexam, et dubiam, quamvis haec ultima, ut infra videbimus, in rigore conscientia dici nequeat. Quid autem singulae sint, quidque de singulis dicendum sit, ex sequentibus patebit.

Caput secundum.

De conscientia vera, et erronea.

Quoniam tam conscientia vera, quam erronea suas peculiares habet difficultates, ne unam cum altera confundamus, rem totam duobus distinctis Articulis absolvemus.

Articulus primus.

De Conscientia vera.

Sui: De natura, seu essentia, et divisione conscientiae rectae;

×

10 Conscientia vera, melius recta est, quae ex principiis practicis, veris, certisque cognitis, rectèque applicatis secundum rei circumstantias judicat aliquid in particulari agendum, aut non agendum esse. V.G. extra casum necessitatis, nisi ex speciali Dei rerum omnium Domini dispensatione nemini licet aliena surripere; sed hic, et nunc non sum in extrema necessitate, nec adest specialis Dei rerum omnium Domini dispensatio; ergo hic, et nunc mihi non licet aliena surripere. Quoniam vero principiorum applicatio quandoque fit esse physice, et ethice, et quandoque solum ethice recta, hinc alia est conscientia physice, et ethice recta, et alia tantum ethice recta. Conscientia et physice et ethice recta tunc habetur, quando rationis dictamen non solum est prudentiae regulis conforme, sed etiam objectum enuntiatum ita se habet a parte rei, sicuti a rationis dictamine menti proponitur. V.G. omne malum peccati fugiendum est; sed hic, et nunc mentiri etiam ad salvandam vitam proximi malum peccati est, ergo hic, et nunc etiam ad vitam proximi tuendam mihi mentiendum non est. Conscientia autem tantum ethice, seu moraliter recta est rationis dictamen omnino prudentiae regulis conforme, seu quo hic et nunc prudenter judicatur aliquid esse licitum, aut illicitum quod revera, et coram Deo tale non est. Exemplum suppeditant

Sacrae litterae Gen. 29; cum Jacob Rachaeli vir sanctissimus ad Liam bona fide, idest recta conscientia accessit, ita suum ratiocinatus: Honestum est, et licitum accedere ad uxorem suam; sed haec est mea uxor, ut prudenter judicare debeo; ergo honestum, et mihi licitum est ad eam accedere. Ubi applicationem principij vides esse speculative, seu Phisice falsam, esse practice veram, idest in ordine ad inferendam conclusionem practice rectam. Etenim accessus ille honestus erat, et prudentiae actus, cum Jacob nonnisi temere de mala fide Labani suspicari potuisset, cum nullam suspicandi haberet rationem, quinimo nisi temere de deceptione dubitare potuisset. Utraque tum haec conscientia alia est praecipiens, et alia consulens. Praecipiens est rationis dictamen practicum proponens menti hic, et nunc aliquid agendum, aut omittendum esse tamquam necessarium ad culpam Theologicam vitandam. Consulens autem est rationis dictamen practicum suadens aliquid agendum, aut omittendum esse non tamquam necessarium ad peccatum fugiendum, sed tamquam conducens ad majorem honestatem, ac perfectionem, atque salutis securitatem. V.g. servare virginitatem, divitias pauperibus erogare &c., ut quis expeditior sit ad salutis viam. His diligenter notatis

11 Tres propositim, et quidem maximi momenti, et quoad praxim necessariae occurrunt difficultates, quarum prima est, An teneamur sequi conscientiam rectam Phisice, et ethice veram, sed etiam tantum ethice rectam, ut adeo peccet, qui contra utramque agit. Altera est, an opus ex conscientia tantum ethice recta factum non solum non sit peccatum, sed etiam sit actus honestus, et moraliter bonus. Tertia, quo peccati genere se obstringat, qui contra praedictam utramque conscientiam operatur.

§ 2. De obligatione conscientiae rectae.

12. Ad primam difficultatem ante responsionem advertere oportet, hic sermonem non esse de conscientia consulente, sed de conscientia stricte praecipiente. Cum enim peccatum sit libera, et voluntaria legis transgressio, ubi nulla lex adesse cognoscitur, aut praecipitur, ibi nulla culpa intervenire sit. Item advertere oportet, conscientiam tantum ethice rectam mutari posse in ethice falsam, advenientibus scilicet novis monentis falsitatem ostendentibus. Quare dum de ea loquimur, semper subintelligenda erit haec clausula: Quamdiu durat, et dictat actu, aut virtute. Insuper attendendum est, certum, et indubitatum esse apud omnes, et extra controversiam positum, conscientiam cum Phisice, tum ethice rectam ad sui sequelam obligare, cum tunc certo adsit lex obligans, et ipsa lex certo cognoscatur. Tota ergo difficultas devolvitur ad conscientiam tantum ethice rectam. Hinc sit cum [illegible] [illegible]

13. Propositio. Conscientia etiam tantum ethice recta, quamdiu durat, et dictat actu, vel virtute obligat ad sui sequelam. Atque adeo qui contra eam agit, peccat. Probatur quoad primam partem. Conscientia ethice recta qua talis est proxima regula humanorum actuum, ut docet S. Thomas 1. 2. q. 19. A. 3. et 4. Nam bonum, aut malum non prout est in se, sed prout tale cognitum est objectum proximum voluntatis, sed quisque in agendo tenetur sequi dictam regulam proximam humanorum actuum, ut per se notum; ergo quisque tenetur sequi conscientiam ethice rectam; ergo &c. [illegible] Qui consentit in transgressionem legis, certo peccat; sed qui non sequitur conscientiam ethice rectam, consentit

in transgressionem legis: sibi enim certum, firmum, persuasumque habet, hinc adesse praeceptum obligans ad operandum, qua persuasione nullo modo exui sit; ergo qui non sequitur conscientiam ethicè rectam peccat; ergo &c..... Confirmatur 2do. Ideo quis in casu conscientiae tantum ethicè rectae non peccaret ejus dictamen non sequendo, vel quia objectum in se non erat bonum, vel quia de ejusdem malitia certiorari, sinminus dubitare posset; sed primum nihil probat, et 2dum non subsistit: nam licet objectum aliquod in se bonum sit, tamen si tanquam malum apprehendatur, qui illud vult, et eligit, peccat; à pari ergo licet objectum in se malum sit, si tamen tanquam bonum apprehendatur, et quidem cognitione ethicè recta, qui illud non vult, et eligit, peccat: Praeterea in casu nostro supponuntur adesse omnia motiva ad judicium moraliter certum de honestate actionis, et de lege praecipiente, ut hinc falsum sit, posse, vel saltem debere certiorari de malitia objecti; ergo &c. Altera autem propositionis pars tum auctori-
14 tate, tum ratione ostenditur. Nam Apostolus Rom. 14 cum dixisset, in lege Christi.

12\. Propositio. Qui contra conscientiam etiam tantum ethicè, seu moraliter rectam agit, nedum [redacted] peccat; verum etiam illa quamdiu durat, et dictat actum, vel virtutem, obligat ad sui sequelam. Ita communissimè Doctores

Prima propositionis pars tum auctoritate, tum ratione ostenditur. Nam Apostolus Rom. 14 &c.

Altera pars propositionis probatur, quia conscientia ethicè recta &c.

Neque dices contra 2dam partem. Opus ex tali conscientia, nempe tantum
13 ethicè recta, factum est divinae legi contrarium, sed opus divinae legi contrarium nequit esse ethicè rectum, ergo &c... Item. Si obediendum esset conscientiae etiam tantum ethicè recte praecipienti, ergo &c... Item si ponamus, Deum ... etiam Deus, esset, quinimo contraria praeciperet. nam si ponamus ... conscientia ethicè recta existimare se teneri mentiri ad vitam ... tum, in casu Deus prohiberet, et praeciperet ... non est; ergo &c. Tandem. Quemadmodum Deus nequit esse auctor mali moralis, ita neque actus talis intellectus, ergo nequit esse auctor illius conscientiae tantum ethicè rectae, ergo illius nulla erit esse obligatio; in tantum enim illam sequi tenemur in quantum est quaedam regula derivata à lege aeterna Dei; ergo &c.

14 Respondeo ... Opus ex tali conscientia &c. est materialiter divinae ... contrarium ..., est formaliter legi divinae contrarium nego ...; materialiter tantum contrarium subdistinguo: nequit divinae legi contrarium nequit esse praeceptum ... et ex suppositione nego ..., et conseq. ... ... praecepti ... legis transgressio. ... tur divinae legi contrarium est ... et ... Opus vero materialiter ... à Deo sanctitatis auctore praecipi nequit: ... materialis divinae legis transgressio, ... saltem ... conceditur ... vult ... et ... aliquod opus tanquam bonum ex ... motivo ... ex parte Dei, neque ex parte creaturae, nisi defectus inculpatus scientiae.

Ad 2dum dico, tunc non sequi Deum praecipere contraria saltem in actu 2do Nam Deus absolutè, et simpliciter non praecipit saltem praeceptis in actu ... nullo modo mentiendum esse. ... cognoscitur, aut cognosci ... obligare ... operari neque sit, neque debet cognoscere mandatum tanquam praeceptum

...vere, qui ...

se transgredi legem sub censura præcipientem, aut prohibentem aliquid, nisi revera ab Ecclesia talis lex sub tali pœna lata fuit. Ratio est, quia Ecclesia pœnas non infligit nisi in transgressores veros legis, non autem putatitios: ac non vult fideles incurrere pœnas quam ipsa non infligit. Hinc si quis percuteret ~~[illegible]~~ Laicum, quem clericum credit, item hoc die non jejunaret, credens se sub excomunicationis pœna teneri, nulla tali lege revera existente, excommunicationem non incurreret. Atque ex his soluta est prima difficultas. X

§ 3 De bonitate et honestate actus conscientiæ ethicæ [illegible] facti.

16. Altera difficultas est, An opus ex conscientia tantum ethicē recta, factum non solum non sit peccatum, sed etiam sit actus honestus, et moraliter bonus? Pro qua intelligenda notandum est, certum apud nos esse Catholicos, opera tali conscientia facta a culpa omnino immunia esse, ut vel constat ex opposita ordine 2da inter damnatas ab Alexandro VIII, quæ est hujus tenoris. Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem non excusat a peccato: a fortiori ergo excusabitur, qui conscientiam moraliter rectam habet de honestate actionis. Quod et ipsa invicta ratio ostendit. Peccatum siquidem debet esse voluntarium. voluntarium autem esse non potest, nisi objecti malitia cognoscatur, sed in casu nostro malitia non dignoscitur, quinimo nec dignosci potest, aut saltem non debet, ut patet meditanti; operans ergo ductus conscientia tantum ethicē recta non peccat. Hinc tota difficultas devolvitur ad bonitatem talis actus. Pro qua duo advertere oportet. Primum est, in judiciis humanis practicis dirigentibus operationes nostras omnino sufficere veritatem practicam. Neque enim divina bonitas, vel ratio patitur hominem obligari ad veritatem speculativam circa actiones singulares ob earum innumeras circumstantias vel maxima cum difficultate, vel nunquam in quibusdam singularibus casibus assequendam. Alterum est, duplicem bonitatem actus distingui oportere, materialem nempe et formalem. Materialis consistit in conformitate actus, seu objecti cum lege præcipiente. Formalis autem in conformitate actus cum ipso judicio practico, seu cum regula proxima humanorum actuum. Exemplum utriusque est in judice condemnante innocentem, quem reum esse existimat, et 2do allegato, et probato reus apparet, et e contra absolvente innocentem, quem pariter reum credit, et probatur. Jam in primo casu habebitur formalis bonitas, quia [illegible] judicium recti conformatur; in 2do vero habebitur bonitas materialis, non vero formalis, quia judicium rectum recti discordabit, licet reipsa, et coram Deo judicium rectum erit, utpote cum lex faveat immunitati innocentiæ.

Neque hæc distinctio gratis introducitur.

17 Certum enim est, malitiam in pure materialem, et formalem distingui, veritatem insuper aliam esse speculativam, seu logicam, et aliam moralem, sive practicam, ac inter utramque medium discriminis esse, ut ait S. Thomas apud La-Croix num. 22. de Conscientia Lib. primo inquiens = Verum intellectus practici aliter accipitur, quam verum intellectus speculativi, ut dicitur 6. Ethic. Capit. 2. Nam verum intellectus speculativi accipitur per conformitatem intellectus ad rem. Verum autem intellectus practici accipitur per conformitatem ad appetitum rectum. Quod idem est ac dicere per conformitatem ad voluntatem bene dispositam in ordine ad implendum Dei præcepta. Cur ergo et bo-

idest. 1 2 q. 57 a. 6 ad 3tium.

nitas alia non erit moralis, alia formalis, seu moralis; praesertim cum quod est verum respectu intellectus, bonum sit per ordinem ad voluntatem, et quod bonum possit voluntati per intellectum repraesentari, quod in se, et coram Deo malum est. Et ex his Est

18. Propositio. Opus ex conscientia tantum ethice recta factum est etiam honestum, et positive bonum. Ita communissima sententia cum Castillo, qui pro se citat Almainum, Corduban, Loream, Durel, Maldonatum, Tolentinum, Azorium, Vasquez, Sanchez, aliosque plures, quibus accedunt nonnulli ex Thomistis, et Salmanticenses contra Elizalde, P. Concina, qui pro sua sententia allegat[+] S. Thomam, S. Augustinum, Bernardum, Bonaventuram, Montoja, aliosque. sed immerito, ut arbitror,

Prob. in primis auctoritate Patrum. S. Aug. enim pluribus in locis, et praesertim Lib. 2. Cap. 18 de Peccat. merit. docet, nullum dari posse actum indifferentem in individuo: ibi enim specialiter tradit, voluntatem non posse in medio quodam ita consistere, ut neque sit bona, neque mala, quia, ut ipse ait, voluntas in omni actu aut bona, aut mala est. Quod idem docet S. Thomas 1. 2. q. 18. A. 9. in argumento Sed contra, ubi concludit: ergo omne verbum aut est bonum, aut malum, pari ergo ratione et quilibet actus vel est bonus, vel malus: nullus ergo individualis actus est indifferens. Ex quibus sic subsumo: sed opus factum ex conscientia ethice recta non est malum, ut ipsi adversarii fatentur; ergo est bonum. Quod S. Aug. probat in puero, qui honorat illum, quem per errorem invincibilem putat esse patrem suum, atque puerum in eo laudabiliter recte mores operari docet: cui doctrinae consonat S. Bernardus De Praecepto, et Disciplina Cap. 12, et 17. docens, obedientem, et operantem ex bona intentione, operari laudabiliter, et meritorie, quamvis forte materialiter operetur contra legem Dei. Opus ergo fit etiam bonum, et quidem moraliter, si ex conscientia recta procedat, licet lex Dei praecipiens, aut prohibens aliud exigat. Conscientia siquidem operantis est forma, a qua actus vel bonus, vel malus denominatur; adeo ut, si conscientia sit mala, et opus malum sit, etiamsi in se sit conforme legi Dei. bonum vero, si conscientia bona erit, licet objectum in se malum sit. Hinc ad rem S. Thomas 1. 2. q. 19. A. 5. ait: Non solum id, quod est indifferens, fit accipere rationem boni, vel mali per accidens, sed etiam id, quod est bonum, fit accipere rationem mali: vel illud, quod est malum, rationem boni, propter apprehensionem rationis. Et 2. Sent. Dist. 39. Q. 3. A. 3 Quamvis illud, quod ratio dictat, per se non sit contra legem Dei, sicut nec per se bonum; tamen per accidens est contra legem Dei, sicut et bonum, inquantum ratio apprehendit ipsum ut contra legem Dei, et bonum: Et ideo sequitur, quod conscientia errans per accidens obligat, et non per se; ergo opus factum ex conscientia ethice recta est per accidens opus bonum; ergo &c.

19. Confirmatur ab absurdis. Si opus ex conscientia tantum ethice recta factum non esset opus bonum, et honestum, sequeretur primo, quod judex condemnans innocentem invincibiliter putatum nocentem, quique secundum allegata et probata reus apparet, non exerceret actum honestum et

bonū: 2dō, quòd in ordine morali benè non ageret, qui nullitatem sui matrimonij invincibiliter ignorans debitū conjugale debito modo redderet: 3tiō, quòd donans pauperi nummum cupreū ~~pauperi~~ credens ei dare nummū aureū, tantundem non mereretur apud Deū: 4tō, ut alia omittam, quòd neq; semper honestē operaretur, qui paratus est sequi, et semper sequitur in obscuris partem probabiliorem, ipsa cū contra probabiliorem partem stare possit præceptū nempe pro parte altera; sed neutrū dici fit: Præceptū siquidem est judici damnare reū probatū, et invincibiliter talem existimatū, licèt innocens sit; *ut oēs fatentur* Præceptū item est conjugi debitū reddere, donec de invaliditate matrimonij sui jam contracti non constat, ut patet ex Cap. Inquisitioni de Sent. excom. et Cap. Dominus de secundis nuptijs. Quomodo autem exequens præceptū et quidem recta intentione non operabitur benè, et honestè? Pariter qua fronte adversarius negare poterit, non mereri tantundem, quantū mereretur dando nummū aureū, qui invincibiliter dat nummū cupreū? benè item non agere, qui probabiliora semper sequitur in actionib; suis? ergo etc.

20 Oppones: Actus moraliter bonus non fit proficisci nisi à conscientia et ethicā, et Physicā recta; ergo talis, seu bonus, et honestus non est actus procedens à conscientia tantū ethicā recta. Prob: ans auctoritate SS. PP. Augustini, Bernardi, et Thomæ. S. Augꝰ libro De Utilit. Credendi Cap. 12. habet hæc: Oē factum, si rectè factū non est, peccatū est: nec rectè factū ullo modo fit, quod non à recta ratiōe proficiscitur. Porrò recta rāo ipsa est virtus. et S. Bernardus lib. de Dispensat. et Præceptis Cap. 14. postquā numᵒ 35. præmisisset discrimen inter rationē conscientiæ errantis ad convertendū bonū in malū et malū in bonū, quia videlicet ad convertendū bonū in malū sufficit oculus nequā; contrà verò ad convertendū malū in bonū requiritur oculus simplex, qualis conscientia errans non est, numᵒ 36. subjungit: Ego verò, ut interior oculus verè simplex sit, duo illi arbitror eē necessaria, Charitatē in intentione, et in electione veritatem. Nā si bonū quidem diligat, sed verū non eligat, habet quidem zelū Dei, sed non secundū scientiā. et nescio quemadmodū judicio veritatis vera eē possit cum falsitate simplicitas...... Cur inquis? Numquid non ex fide? Prorsus ex fide, sed falsa; vel potius certè non ex fide, quià fides falsa fides non est. S. Thōas verò 1.2. Q. 19. A. 6. ad pm̄ inquit: Ad pm̄ dicendū, quòd, sicut Dionysius dicit *in 4 de Divis Nominib*: bonū causatur ex integra causa; malū autē ex singularib; defectib. et ideò ad hoc quòd dicatur malū id, in quod fertur voluntas, sufficit sive quòd secundū naturā suā sit malū, sive quòd apprehendatur ut malū; sed ad hoc quod sit bonū, requiritur quod utroq; modo sit bonū. et Q. 17. de Verit. A. 4. ubi quærit Utrū conscientia erronea liget? relata sententia negante, sic respōdet: sed qui hoc dicunt non videntur intelligere quid sit conscientiā ligare; secundū hoc enim conscientia ligare dicitur, quòd aliquis, nisi conscientiā impleat,

peccatū incurrat, non autem hoc modo, quod aliquis implere recte faciat; ergo &c.

21. Respondeo negando ans, ad hujus probaōem admissa latius autoritate nego conseq. Nam vel placet eos exponere de conscientia erronea vincibili; vel de honestate tum mōali tum folli operis; vel de conscientia moraliter, seu tantū ethicē recta. Si pm̄, et secundū, ultrō concedimus ad honestatem actus non sufficere conscientiā erroneā vincibilem, neque ad opus tum Physicē tum ethicā honestū satis ēē conscientiā ethicē rectam. Si verò sermo sit de conscientia tantū ethicē recta, ac de opere, seu actu tantū folliter bono negandū est, id asserere Augū, Bernardū, et Angelicū praeceptorē. Et quod ad S. Augū attinet, ni fallor, ibi certe S. Doctor loquitur de conscientia tantū ethicē recta; loquitur enim de conscientia, seu rectitudine, qua deficiente opus est peccaminosū, ut patet ex illis verbis si recta factū non est; peccatū est. Porrò, ut opus factū non sit peccatū, sufficit, quod factū sit conscientia tantū ethicē recta, ut etiam adversarius fatetur; ergo &c.

22. Quod ad S. Bernardū spectat, nemo est, qui non videat, ibi S. Doctorem loqui de conscientia erronea, et quidem vincibili. Operans enim ex conscientia ethicē recta et habet charitatem in intentione, et in electione veritatem, nempe moralem, quę, utpote cū simus in mōo mōrū, sufficere debet. Est enim dictamen directū Physicē falsū V.g. hoc: licet accedere ad suā: hęc est mea uxor; ergo mihi ad eā accedere licet: in casu videlicet nullitatis matrimonii invincibiliter ignoratę: verū tn̄ est dictamen reflexū. V.g. hoc: licet accedere ad eam, quæ meā uxorem ēē prudenter judico; atqui hic et nunc prudenter judico hanc ēē uxorem meām; ergo mihi licet ad eā accedere. Ex quibus constat, talem hōiē non habere fidem, seu conscientiā falsam, neque ejus oculū ēē nequā, sed simplicem, ut proinde bene operatur, qui ejus conscientiā ductū sequātur; et malū, māale scilicet, in bonū convertat, scilicet folle.

23. Difficilior videtur responsio ad S. Thōā. Verū si quę opponuntur, conferantur cū ijs, quę in fundo pro nostra propōe adduximus, constabit, in locis objectis S. Doctorem nobis opponi non posse, nisi dicere velis, eū sibi contradicere. Propterea dico, in pmo loco S. Doctorem loqui de bono tum mōali tum folliter tali. non autem de bono tantū folli loquitur enim de bono, quod malū evādit tum deficiente bonitate mōali tum folli, ut patet ex illis verbis: et ideo ad hoc, quod dicatur malū; sufficit sicc, quod secundū māe &c, sed bonū, quod malū evadit, deficiente bonitate tum mōali, tum folli, est bonū et folliter, et mōaliter tale; loquitur ergo S. Doctor de objecto bono utraque bonitate, quod non haberi et nos concedimus si conscientia est tantū ethicē recta. Hinc ejusdem solo malitia mōalis, dū actus conscientia moraliter recta non respondit malitię vincibil sit nec facere, ut, ut non sit boni, quod ceteroquin bonū esset. Et ex his patet, quid dicendū sit ad zdū locū S. Doctoris quem vel exponemus de bono absolute tali, seu tam mōaliter quā folliter bono, vel de conscientia erronea vincibili, quod et sicd ponere obligationem certū est, ne videlicet contra eā agatur. Neque gratis has expositiones afferimus. Ita enim dicendum videtur, ne oppositū tantos doctores docere, cogamur dicere.

24 Oppones 2do Nullus actus, qui habet objectum intrinsecè malum, fit eâ actus bonus, et honestus; sed actus conscientia tantum ethicè rectæ habet objectum intrinsecè malum, ergo &c. Mj. pluribus ostenditur: et primò quia actus bonus, et honestus à prudentia dirigitur et, si est bonus, et honestus in ordine supernaturali est à divina gratia tanquam à comprincipio: prudentia autem utpote virtus non fit dirigere in actum falsum, neque gratia influere in objectum turpe. 2do; quia omnis actus honestus, et bonus est præmio dignus. actus autem, cujus objectum est intrinsecè malum, præmio dignus non est, quia saltem mendacio, furto, homicidio &c. æterna beatitudo in præmium dari posset: hinc actus mentienti, furanti &c., ut inquit P. Concina, dicturus esset: Venite benedicti, quia furati estis, mentiti estis &c. quæ certè horrenda sunt monstra: 3tio; quia nullus actus fit eâ bonus, et honestus, nisi sit conformis primæ regulæ bonitatis, quæ est ipse Deus: porro nullus actus, qui habet objectum intrinsecè malum est divinæ bonitati conformis, ut de se patet. 4to. Quia actus bonus, et honestus nedum fit eâ à Deo, sed etiam ab ipso præcipi; sed actus, qui habet objectum intrinsecè malum neque fit eâ, neque præcipi à Deo auctore, ergo &c. 5to, nullum intrinsecè malum ob ullam circumstantiam fit evadere bonum, sicuti linea curva evadere nequit linea recta; ergo &c. 6to, quia nullus actus fit eâ bonus et honestus, nisi ejus specificativum sit bonum; porro objectum actus est specificativum ejus; ergo &c. Tandem nullus actus fit eâ actus fidei, nisi sit de objecto revelato, vel cujus objectum est falsum; ergo neque actus fit eâ bonus et honestus nisi sit de objecto in se bono, ergo &c.

25 Respondeo negando mj., vel claritatis gratiâ dist. mj.: Nullus actus, qui habet objectum intrinsecè malum, et ut tale cognitum, fit eâ bonus, et honestus concedo, qui habet objectum intrinsecè malum, sed tanquam simpliciter bonum menti repræsentatum nego mj., et d. mj.: sed actus conscientia tantum ethicè rectæ habet objectum intrinsecè malum, attamen quod bonum simpliciter menti repræsentatum concedo mj., quod malum menti repræsentatum nego mj., et consequentiam. Termini patent ex dictis. Ad primum admitto actum bonum, et honestum à prudentia dirigi, sicuti et eâ à divina gratia, si est in ordine supernaturali bonus, et honestus: verum quoad prudentiam attinet, nego eam in actum materialiter, seu physicè falsum dirigere non posse. Ratio autem est, quia de ratione prudentiæ non est, nisi attentis rerum circumstantiis rationibus, ac momentis verè gravibus humanas dirigere actiones; cum hoc autem stat materialiter falli posse. Et sanè quis inficiabitur prudenter non operari, qui saltem semper probabiliora in dubiis sequitur. et tamen certum est eum multoties falli juxta illud Multa falsa probabiliora veris: Prudentia ergo non repugnat mentem dirigere in actum materialiter falsum.

Loquendo autem de actu supernaturali bono, et honesto, ac de divina gratia in illum influente, distinguere oportet inter judicium practicum ultimum reflexum, ac directum: item inter objectum proximum immediatum, et mediatum voluntatis actum illum eligentis. Jam verò loquendo de judicio practico ultimo reflexo, proximeque movente, illud certò verum est, item loquendo de objecto proximo immediato voluntatis actum illum eligentis est bonum, quia illud est conformitas conservationis vitæ proximi, v.g. in casu de mendacio pro tuenda vita proximi tanquam bono existimato cum lege charitatis, absurdum ergo non est, quod in talem actum

ac tale objectum influat divina gratia, licet non possit influere in judicium practicum directum, ac objectum mediatum, scilicet ipsum mendacium in se spectatum; sed hoc sufficit, ut actus sit bonus, et honestus; ergo &c. Et profecto etiam adversarius fateri debet, quod saltem affectus, et bona voluntas agentis in casu sit bona, utpote affectus, et voluntas legem dei exequendi; licet aliquod objectum esset malum, objectum scilicet mediatum, et valeti remotum.

27\. Ad 2.um dico, actiones, quarum objectum est intrinsece malum. V.g. mendacium, furtum &c non esse formaliter per se bonas, sed solum ratione bonae voluntatis, intentionis, ac recti finis operantis, et affectus legem Dei observandi, sicuti actiones ab intrinseco bonae, si cum conscientia erronea peccati fiant, non sunt malae nisi ratione pravae voluntatis, intentionis, ac finis agentis; hinc mentienti, furanti &c ex conscientia recta obligante non est debita aeterna beatitudo, quia furatur, mentitur &c, sed quia id debita intentione, recto fine, ac bona voluntate facit: hinc talibus in die judicij a Christo dicitur non est: Venite benedicti, quia mentiti estis, furati estis &c, sed quia egistis, id quod teneri recte judicastis: Sicuti ijs, qui opera indifferentia fecerunt bona intentione, ac recto fine, V.g. dormierunt manducarunt &c, dicitur non est: Venite benedicti, quia dormistis, manducastis &c, sed quia recto fine, ac bona voluntate fecistis, quod licebat omittere &c. Quemadmodum etiam ijs qui bona fecerunt, sed mala voluntate, affectu intentione, et fine carent, dicitur non est: Ite maledicti, quia mentiti non estis, furati non estis, potum, et cibum dedistis in nomine meo petentibus &c, sed quia, quod malum esse existimabatis, fecistis &c. Hinc patet ratio, et ad portenta logica concinnanda.

28\. Ad 3.um D.o m.m Nullus actus fit esse per se, et intrinsece bonus, et honestus, nisi sit conformis primae regulae bonitatis, quae est ipsa Deus concedo. nullus actus potest esse per accidens, et extrinsece bonus, et honestus &c subdistinguo nisi sit vel re ipsa vel existimatione conformis primae regulae &c concedo, nisi sit re ipsa conformi primae regulae &c nego m.m, et D.o m.m: sed nullus actus, qui habet objectum intrinsece malum est re ipsa divinae bonitati conformis concedo, est existimatione conformis nego m.m, et consequentiam. Cum proxima, et immediata regula humanum actuum sit conscientia ipsa, et cum etiam objectum aliquod, licet in se malum, tanquam bonum repraesentari possit absque ulla admixtione malitiae actus circa tale objectum exercendus illumi mente exiberi tanquam praeceptus, sed actus, qui tanquam praeceptus fit, est actus bonus, et honestus, ergo actus factus ex conscientia ethica recta erit honestus, et bonus bonitate videlicet ex se acquisita, adeoque extrinseca ipsi actui physice spectato, licet non moraliter accepto, utpote quae procedente ex recta voluntate, intentione, fine, et affectu.

29\. Ad 4.um omissa majori D.o m.m: Sed actus, qui habet objectum intrinsece malum neque fit per se esse, neque per se praecipi a Deo auctore concedo m.m, neque fit per accidens esse, neque per accidens praecipi a Deo auctore nego m.m, et consequentiam. Licet Deus attenta intrinseca malitia objecti neque possit esse auctor, neque praecipere actum de objecto intrinsece malo, fit tamen supposita in rationali creatura ignorantia invincibili de malitia objecti ac conscientia ethica recta de bonitate illius, eam obligare atque praecipere, ut faciat actum, ad quem se teneri existimat,

Tamen actus aliquis fit esse bonus, et honestus in ordine naturali quin sit a gratia supernaturali ac proinde licet gratia supernaturalis non possit influere in talem actum, adhuc actus esset bonus, et honestus in ordine naturali; quod sufficit nostrae propositioni. Quae magis patebunt ex dicendis num. 97.

tout ...

quod et adversarij concedere tenentur, uti concedant, conscientiam ethicè rectam ad ejus sequelam obligare. Hoc autem est, Deum per accidens praecipere, et esse autorem talis actus habentis objectum moraliter malum, ergo Deus.

30. Ad 3tium 1. ans: Nullum malum intrinsecè tale ob ullam circumstantiam potest evadere intrinsecè bonum conc. do, potest evadere extrinsecè, et denominativè bonum nego ans, et consequentiam. Mendacium v.g. in casu conscientiae ethicae rectae manet quidem semper intrinsecè, et moraliter malum, evadit tamen, et denominatur extrinsecè bonum ab actu imperante, qui non tendit in malitiam objecti, seu mendacij, quam non cognovit, sed in bonum charitatis, à quo movetur, et ad quod se teneri existimat. Hinc paritas de linea curva non est ad rem, quia videlicet ratione intentionis operantis non habet quod sit recta, vel curva; contra verò cognitio, et rectitudo voluntatis se habet tanquam forma ad actum moraliter malum, vel bonum.

31. Ad 6tum omissa mi. d. mi Porrò objectum actus prout repraesentatur per intellectum est specificativum ipsius conc. do, prout objectum est in se nego mi, et consequentiam. Actus enim non specificatur ab objecto in se, et reipsa spectato, sed prout proponitur per cognitionem voluntati, ac prout voluntas ei adhaeret; sed in casu nostro objectum tanquam bonum voluntati exhibetur, ac voluntas ei tanquam bono adhaeret; ergo actus in casu ab objecto quâ bono specificatur, ergo habet specificativum bonum; ergo est actus bonus.

32. Ad ultimum concesso ante nego consequentiam, et disparitas est. Motivum enim formale actus fidei, ut unanimiter docent Theologi, est divina auctoritas infallibilis, seu summa Dei veracitas et sapientia per ipsam revelationem reipsa existentem nobis proposita sub evidentibus signis credibilitatis, quia sine qua actui fidei non inesset certitudo, ac infallibilitas, si videlicet sufficeret ad productum actum sola revelatio existimata; contra motivum formale actuum moralium bonorum est objecti honestas per intellectum voluntati repraesentata, et quae ab intellectu apprehensa, sicuti motivum formale actus mali non est malitia quae inexistens objecto, sed quae cognita. Caeterum notandum est, etiam piam voluntatis affectionem, ac obsequium intellectuale, quo quis existimans adesse divinam revelationem, quae revera non existit, assentitur firmissimè alicui objecto tanquam revelato, esse moraliter bonum, et honestum, à pari ergo in casu conscientiae rectae moraliter actus à voluntate procedens est honestus, ac bonus.

S. Corollarium

33. Ex hactenus dictis patet operantem cum ignorantia invincibili objectivae malitiae alicujus actus à culpa immunem esse, quinimo si tali ignorantiae superaddatur judicium practicum dictans tale opus necessarium esse, operantem se illud teneri, et culpam effugiat, atque etiam operando opus bonum, honestum, ac meritorium peragere. De quibus autem ignorantia invincibilis dari possit, in tractatu de legibus dicetur. In praesenti solum restat quaerendum, an feliciter peccet, qui invincibiliter putavit actum meritorium, v.g. desiderium efficax adulterandi, complacentiam in cogitationibus turpibus non esse malam; licet proinde non agnosceret actum externum v.g. ipsum adulterium esse malum, ac prohibitum.

34. Casus hic metaphysicus existimari potest, veniunt aliquando saltem in hominibus rusticis possibilem nedum esse, sed de facto accidere fatendum est, si doctis, peritisque confessariis volumus credere. Aliquando enim accidit, ut hujusmodi homines de cogitationibus ac desiderijs nullo pacto se accusent, parati interim satisfacere confessario quaesitis peccatum esse sciunt; quinimo

strō à confessario interrogati de desiderijs, ac complacentijs merè inter-
nis responderent, se nunquā scivisse, aut cogitasse peccatū esse, quā vi-
delicet se nunquā illis actib. merè internis malū facere dicunt,
ac proinde neque Deum, maximeq; laedere, ut jam multū laborij
confessario sit impendendū, ut instruantur et sanè non inficiarer,
saltem possibilem esse pro casu, quo hōc nudis audivi ab homine
ob ipso probo, docto, ac prudente erudito, utique omnodō persuasum ha-
bet, homicidiū, adulteriū etc. quidem peccatū esse; minimè ve-
ro desideriū occidendi, adulterandi etc. nisi externo opere com-
pleatur. Quidquid verò de hoc sit, ā quo praescindere malo, quàm
judiciū ferre, ex suppositione solū hic loquor.

35. Ad punctū itaq; difficultatis Oviedo in 1 2 S.
Thomæ Tract. 4 Controver. 1 pun. 5., alijq. respondent, praedictam invin-
cibilem ignorantiā à formali culpa non excusare. Ratio horum est,
quia seqüis mulier sciens quidem adulteriū peccatū esse, invincibi-
liter tñ ignorans desideriū adulterandi peccatū esse, interim
mechari optans, quin tñ ad externū opus deveniat, non pec-
caret; item non peccaret filius tali ignorantia laborans pa-
tri in corde suo mortem desiderans, nullā tñ externā in-
juriam faciens; sed hoc dici non fit. Et primò, quia praedicta
mulier jam sciret actū adulterij peccatum esse, item adesse le-
gem Dei adulteriū prohibentem, item vellet adulteriū, ac
legem Dei violare, et quidem liberè (idem dic de filio); sed
qui sciens liberè vult peccatum, ac legem Dei violare, jā
formaliter peccat; ergo etc. 2dō, quia licèt in casu mulier igno-
rat malitiā, quae se tenet ex parte actus interni; non igno-
rat tñ malitiā quae se tenet ex parte objecti voliti; sed ad pec-
candū formaliter opus non est cognoscere malitiā, quae se te-
net ex parte actus, sed sufficit eā scire, quae se tenet ex
parte objecti voliti. hoc ipso enim cū advertentia, et liberta-
te vult agere aliquid legi Dei deforme, ergo etc. 3tiò, quia
tale desiderium componi nequit cū amore Dei; quippe qui
excludit omnem affectū transgressionis Divinae legis; sed actus, qui
cū amore Dei componi non fit, est formaliter peccatū, ergo etc.
Deridem, quia actus internus suam malitiam etiam desumit
et speciem ab objecto cognito, in quod voluntas fertur, sed in
casu voluntas fertur in objectū ut malū cognitū, ergo etc.
Hæc Oviedo, cū alijs

36. E contra Granados de peccat. Tract. 5 Disp. 3
Sect. 2, Sanchez in Decal. Lib. 1 Cap. 16 nū 17, alijq. plures tanquā
probabilius dicunt in praedicto casu non peccari formaliter, sed
tantum materialiter. Ratio horum Doctorum est, quia certè ope-
rando non peccat, qui agendo sequitur dictum proximè regula-
tivum actus, videlicet conscientiam absque ulla hesitatione, ac
dubio dictantem id, quod fit peccatū non esse; sed qui invin-
cibiliter ignorat, actus cordis, seu cogitationes, desideria etc.
esse prohibita, licèt sciat actū externū, ac completū esse pro-
hibitū, habet conscientiā absq. ulla hesitatione ac dubio di-
ctantem peccatū non esse tales actus cordis, cogitationes,
desideria etc. admittere, quia talis ea conscientia non
est invincibiliter ignorat; ergo qui admittit actus cordis,
cogitationes, desideria etc. non peccat, licèt interim sciat
actū externū esse prohibitū. Confirmatur a pari. Qui in-
vincibiliter ignorat actū aliquem externū esse prohibitū,
illud admittendo non peccat; ergo neque etc. Hæc Doctores
ex suppositione tñ possibilitatis casus.

37 Hinc ad oppositas raões respondent, et ad pmã minoris probaõem distinguunt majorem. Prædicta mulier sciret actũ adulterij ut exerciti, seu ipso exercitio positũ eẽ peccatũ, et contra legem Dei prohibentem adulteriũ ut positum: item velet adulteriũ ut præcisè ponendũ, et desiderio in se sistente et simul et semel judicans, non contra legem Dei id vetantem cond°. Prædicta mulier sciret actum adulterij, ut præcisè ponendi, seu actu inefficaci desiderati, et non positi eẽ peccatũ, item contra legem Dei prohibentem adulteriũ, seu simplex adulterij desiderium, item vellet adulteriũ ut positũ, et legem Dei violare, et quidem liberè nego mũ, et concessa mi, nego conseqᵃ. Duplici modo voluntas nostra tendere pt in aliquod objtũ, simplici videlicet desiderio in eo sistendo, quin procedatur ad actũ externum, et ipso exercitio, seu ipsũ actũ externum ponendo: jã in casu nostro mulier solũ scit ipsũ actũ externum, et ipsũ exercitium actus extrinseci actũ malũ esse. hunc autem non vult, neque eligit: sed solũ eligit, et sistit in mero desiderio, quod sibi licere existimat. Hinc non vult actũ, quẽ malũ credit, ac lege Dño prohibitũ; ac per consequens non peccat, nullamque legem formaliter transgreditur.

38. Ad 2dũ distinguunt mũ. Sciat mulier in casu ignorarit malitiam, quæ se tenet ex parte actus interni, tñ non ignorarat malitiam, quæ se tenet ex parte objti voliti in actu exercito, seu ut à parte rei existentis cond°, ut præcisè ponendi nego mũ. sed ad peccandũ formaliter opus non est cognoscere malitiã, quæ se tenet ex parte actus, sed sufficit eam scire quæ se tenet ex parte objti quà mali voliti omitto mũ, non quà mali, sed quà permissi voliti nego mũ, et conseqᵃ. Quamvis ad formaliter peccandũ opus non sit cognoscere intrinsecam malitiã ipsius actionis peccaminosæ, sed sufficiat scire eẽ de objto malo necesse tñ est agnoscere ipsũ objtũ quà volitũ eẽ malũ; adeò ut si cognoscatur quà bonũ, vel permissũ, nullũ sit peccatũ. in casu autem nostro mulier illa et invincibiliter ignorat actũ eẽ malũ, sicuti et objtũ prout præcise subest illi actui interno: existimat siquidem illud solũ ut à parte rei ponendũ eẽ malũ; quinimo prudenter credit actũ illũ internũ sibi licere, ergo &c.

39. Ad 3tiã negant majorem. Ad amorem enim Dei sufficit exequi leges cognitas, et ignorantia vincibili non laborare in requirendis ignotis, ac habere animi dispositionem ad exequendas, si quæ forte denuò proponerentur; in casu nostro hæc õia habentur, ut inadvertenti patet, ergo &c.

40 Ad ultimam dicunt, quod actus internus desumit ab objto speciem saltem moralem, error autem invincibilis facit in præsenti, ut species malitiæ formalis non reperiatur, sicuti non reperiretur in actu, cui deest libertas, quamvis etiam illa ab objto desumat speciem malitiæ moralis. Ceterum omissa major negari pt minor. Nam in casu voluntas non fertur in objtũ quà malũ cognitũ, sed quà permissũ, ut supra diximus. Objtũ enim illud solũ ut à parte rei existens malũ eẽ existimatur permissũ autem si solũ quà ponendũ menti exibeatur, illudque voluntas amplectatur. Sed jam ad tertiam difficultatem.

§ 5.
De errante contra conscientiaõ erroneã ... 41.

Tertia difficultas erat, quo peccati genere se obstringat, qui contra conscientiaõ ethicã, et Physicè rectam, et etiam tantũ moraliter rectam operatur. Circa quam

difficultatem conveniunt Doctores, eum lethaliter peccaturum, qui mortalem malitiam ejusmodi actui inesse existimat: venialiter autem tantum, qui venialem malitiam apprehendit. Quia videlicet malitia est volita, in quantum cognita est. Quod tamen intelligendum de conscientia ethicè recta, ac de ignorantia invincibili: si quis enim ratione ignorantiæ vincibilis existimaret opus aliquod graviter præceptum, aut prohibitum esse peccatum tantum veniale, certum ratione illius ignorantiæ graviter peccaret. cum enim ignorantia illa à peccato non excuset, neque malitiam mortalem auferre potuerit. Quare dubium solum est pro casu, quo quis apprehendit actionem aliquam esse peccaminosam, non cogitando, an veniale, an mortale peccatum sit, sed veluti à mortali, ac veniali malitia abstrahendo;

42 In hujus resolutione Doctores in extremas abeunt sententias. Valentia 1. 2. q. 19. disput. 2. dub. 4. num.° sed quid, de Lugo citatus à Bardi tract. de conscientia cap. 8. num.° 2. in theol. moral. cap. 1., Lopez, Salas, Granadus, Navarrus, aliique docent, venialiter tantum peccare. Ratio ipsis est, quia actus non fit habere nisi eam malitiam, quam ejus forma, ac objectum, nec non circumstantiæ præcontinent: forma autem in casu, seu cognitio, ac volitio, sicuti neque objectum, ac circumstantiæ mortalem malitiam præcontinent, cum tanquam ab utraque præscindentes concipiantur, ac malitia neutra veniali ac mortali menti objiciatur; quæ proinde nonnisi venialis esse sit; ergo &c. Contra Vasquez disput. 59. cap. 3; Sajrus cap. 4. num.° 17. Rodriguez in summa parte 1. cap. 21. conclus. 4 Sanchez in summa to. 1. cap. 1. et 11. num. 6; aliique plures sustinent mortaliter peccare: et eorum fundamentum est, quia apprehendens malum in genere, nesciens deinde an malitia sit gravis, ac levis, ac cum tali conscientia operans se exponit periculo graviter peccandi; sed qui tali periculo sciens, et volens se exponit mortaliter peccat; taliter operans ergo mortaliter peccat. Hæ sunt duæ in hoc puncto extremæ sententiæ.

43. His accedit tertia inter utramque medium tenens; hæc autem distinguit inter eum, qui contra præfatam conscientiam agit post adhibitam sufficientem diligentiam ad inquirendum, an peccatum sit grave, an leve, interim animo comparatus non operari, si malitia gravis esset; ac inter eum, qui nullam adhibuit diligentiam, ut de qualitate malitiæ certioraretur, animo jam comparatus vel e. id agere, etsi malitia gravis esset, quam animi comparationem facile supponi potest in eo esse, qui de cavendo mortali culpa nimium sollicitus non est; abesse autem ab eo, qui timoratæ conscientiæ est, ac proinde sollicitus in cavendo à mortali peccato si fuerit. Hujus sententiæ Patroni docent, nonnisi peccatum veniale esse contra præfatam conscientiam agere: si vero secundum fiat, mortale peccatum committi sentiunt. Ratio præfata pro utraque sententia est, quia in primo casu neque sufficiens advertentia, et cognitio, nec non comparatus in culpam gravem habetur cum ab hac voluntas rejiciat, neque periculum culpæ gravis maximè videtur, quia sæpius ab hac abhorreat: contra vero in secundo casu saltem affectus in culpam lethalem habetur, ac etiam de culpa gravi dubitatur, quod ad mortale peccatum sufficeret. planum est. Quæ doctrina non absimili exemplo confirmari

jtl. Communiter sané Doctores asserunt, dubium de assensu præstito, vel non præstito pravis cogitationibus, si timoratæ conscientiæ est, censendum non esse consensisse, secus verò si malæ conscientiæ est, et assentiri solitus: quendi in casu nostro Cavendum tñ ne per inductam conscientiam cum dubia confundas; certum enim est, operantem cum conscientia dubia peccati gravis graviter peccare. Atque hæc est sententia, quam pro praxi confessariis sequendam censeo, in judicando videlicet, an penitentes tali conscientia operantes graviter, an leviter peccaverint.

44 Ab hac sententia non longe recedit Merat... de Peccatis Dist 7. cum alijs, et Sporer Tract. 1. Cap. 1. Sect. 2. num. 17. de conscientia alegans Thomam Tamburinum quoniam primo distinguit inter apprehendentem malitiam intra determinatam speciem atque cognoscentem, an sit mortalis, an levis, ac inter apprehendentem malitiam tantum in genere, quin ad ullam determinatam speciem pertinere cognoscat tanquam graviter, ac leviter prohibitam. Si primum accidat, docet, peccatum esse grave, aut leve, prout objectum præsit: unde si quis cum tali conscientia furetur rem levem, venialiter peccabit; si verò rem gravem, erit mortale peccatum: quia videlicet cum in casu ad furti malitiam se determinet, vult eam malitiam, quæ hic, et nunc furto inest; ergo si inerit malitia gravis, erit peccatum grave, si levis, peccatum leve erit. Si verò secundum fiat, dicit, peccatum grave fore, quia videlicet periculo committendi gravis utrumque se exponit. Hæc Meratius. Alter autem nempe Sporer distinguens inter homines doctos, ac rudes, et simpliciores, sustinet, respectu doctiorum de peccato gravitate judicium ferendum pro ratione materiæ mortaliter, vel leviter gravi, ut si mentiantur cum juramento, graviter peccant, si simpliciter mentiantur absque alterius gravi damno, leviter peccant. Quia videlicet, ut inquit ille, hi agnoscunt obligationem inquirendi de qualitate malitiæ, atque adeò præsumuntur saltem virtualiter agnoscere eam malitiam, quæ inest objecto, eamque velle: contra verò respectu rudium, et simpliciorum docet tanquam probabilissimum, solum venialiter peccare, quia videlicet isti neque sciunt distinguere inter veniale, et mortale, nec advertunt ad obligationem inquirendi; ac etiam in confuso tantum malitiam concipiunt, eamque modo imperfecto volunt. Quod non fit nisi veniale peccatum. Hæc Doctores in re, quæ quotidie accidit: Quorum sententias referre volui, ne vos, cum confessarij munus obibitis, quasi ex tripode statim de mortali, aut veniali peccato judicium feratis, ut nonnulli faciunt, memores difficultatis solutionis quæstionem esse, ubi de mortali aut veniali agitur, ut docent duo Ecclesiæ lumina Augustinus, et Thomas.

45 Pro hujus Articuli complemento pro praxi nonnulla notanda sunt, et primo conscientiam etiam erroneam magis obligat, quàm quodcunque humanum præceptum, ut clarè docet S. Thomas in 2 Dist 39 q 3 A 3. Et rursum si casus acciderit, quod superior etiam sub gravi pœna statim incurrenda v.g. censuræ, excommunicationis de aliquo faciendo, aut omittendo præcipiat contra talem conscientiam, quamdiu durat, potius pœna sustinenda est, quàm contra illam agendum ex virtute namque nostri Dei per naturale lumen intimati est sequi conscientiam etiam ut loco citato docet S. Thomas.

46 Secundo notandum est, operantem contra conscientiam moraliter certam duplex se non obstringere peccatum, quoniam tum sit contra ipsam conscientiam, alterum contra legem

contra quam fit, ac transgredi existimatur. Quod et docet S. Thomas 2. 2. Q. 19. A. 5. ad 3., ubi communissima doctorum sententia accedit. Ratio autem est, quia conscientia se habet per modum intimationis legis aeternae, ac proinde se non habet tanquam lex distincta ab ea, quae violari cognoscitur; non est ergo peccatum distinctum à peccato, quo ipsa lex per conscientiam proposita violatur.

47. Tertiò notandum est, in omni actu, aut omissione contra conscientiam ethicè rectam conceptam, et apprehendi malitiam sub aliqua determinata ratione mali, ad quam proinde reducitur talis actus, sive omissio, ut docet Angelicus Praeceptor 1. 2. Q. 19. A. 5. ad 3. inquiens = Ad tertium dicendum, quod ratio quando apprehendit aliquid ut malum, semper apprehendit illud sub aliqua ratione mali. puta quia contrariatur divino praecepto: vel quia est scandalum, vel propter aliquid hujusmodi, et tunc ad talem speciem malitiae reducitur talis voluntas = Impossibilis ergo est casus, in quo fiat contra conscientiam, et nulla lex violetur. Semper enim saltem contradicitur legi charitatis Dei vetantis contra conscientiam operari: ac proinde talis actio, aut omissio in casu legi charitatis opponitur, à qua speciem tunc desumet.

48. Quartò notandum est, Confessarios audientes poenitentes se accusantes de actione aliqua materialiter bona, v. g. de mendacio non facto, de furti omissione &c. statim non debere judicare culpam nullam fuisse comissam, sicuti neque judicare debere bonum opus fecisse, cum de bonis operibus se accusant v. g. de elargitione eleemosinae, de auditione sacri &c., sed debent interrogare de conscientia, sive &c., quo id fecerint aut omiserint: cum jam conscientia, ut diximus, actui tribuat, aut ab eo auferat malitiam. Caeterum deinde eos de veritate admonere, et instruere debent, ne in posterum peccatum faciant, ubi nullum peccatum est.

49. Tandem notandum est, conscientiam, quae actum subsequitur attendendam non esse, quia ea neque bonitatem, neque malitiam actui tribuere potest. Hinc si quis hic et nunc invincibiliter credit se teneri pro tuenda vita proximi mentiri, mentiendo non peccare, etiamsi postea cognoscat, mendacium semper esse malum. Quare Confessarius moneat, et redarguat eos poenitentes, qui etiamsi bona fide in suis processerint actionibus, ac nullo modo malitiam agnoverint, tamen confitentur legunt, et relegunt aliquos libros, et inquirunt, an hoc vel illud sit peccatum, et ex ideo confiteri debeant, et proinde tum se tanquam malitiose id fecerint, confitentur. Doceat eos confiteri, quae mala fide, et conscientia non recta fecerunt: sileant verò à caeteris, quae bona fide, ac conscientia recta sunt operati. Moneas tamen, cum hic et nunc malitiam illis actibus inesse sciant, in posterum caveant. Quod idem facere confessarius debet cum ijs, qui eum interrogant, an hoc vel illud, quod fecerunt, peccatum sit. Recurrendum videlicet est ad conscientiam, quam in operando habuerunt, et secundum eam judicium est ferendum cui et instructio est addenda, praesertim ubi fructus speratur, et necessarium est ad vitandam culpam in futuro. Haec pro praxi.

Articulus Secundus

+ De Conscientia erronea. Si de razão, ac divisão da consciencia erronea

50. Conscientia erronea generatim sumpta ea dicitur, quae ex principio falso, aut etiam vero, sed male applicato falsum

deducit conclusionem. 1° E. Omne illicitum nunquam est faciendum; sed jurare est illicitum, juxta illud Matth. 5. ego autem dico vobis non jurare omnino. item auferre aliena semper est illicitum, juxta illud: Non furtum facies; ergo nunquam licet jurare, et neque ad innocentiam proximi testificandam nunquam licet, aliena accipere neque ad sublevandam propriam vel alienam indigentiam in extrema necessitate. Ubi ex falsa praeceptorum intelligentia, falsa infertur conclusio. Haec autem conscientia dividitur primo in erroneam invincibilem, et erroneam vincibilem. Erronea invincibilis, ex qua oritur conscientia ethica, seu moraliter recta, de qua in praecedenti articulo diximus, ea est, cujus error moraliter nullo studio, ac diligentia superari, seu depelli potest, atque adeo ad culpam imputari nequit. Vincibilis autem est, cujus error morali studio, ac diligentia vinci potest, aut saltem debet, quare culpabilis est, et peccat, qui eam operando sequitur. Et haec subdividitur, prout est ad rem spectat,

in eam, quae est | ignorantia in affectatam, et in eam quae est ex ignorantia non affectata, et haec in crassam, seu supinam et in eam quae est ex ignorantia non crassa. Ignorantia vincibilis affectata ea est, qua quis errat, quia data opera, et ex consilio ignorare vult, ut liberius, et cum minori conscientiae remorsu agat, juxta illud Psal. 35. Noluit intelligere, ut bene ageret. Non affectata autem est ea, quae non est directe volita, sed solum indirecte, nempe in negligentia addiscendi. Crassa vero, seu supina ea est, cum aut nulla adhibita est diligentia, aut saltem valde exigua pro rei merito ad depellendum errorem. Non crassa tandem cum adhibetur quidem aliqua, sed non sufficiens pro rei merito diligentia ad sciendum.

51. Haec quidem speculative dicta continent facilia, verum quandonam in peculiaribus casibus ignorantia sit vincibilis, aut invincibilis difficilius est regulis. Nihilominus generatim est dicere, quod Doctores tantum, esto Regula. Primo itaque ignorantia invincibilis censenda est, cum nullum dubium, nulla cogitatio, contraria cognitio, aut etiam scrupulus de malitia actus praecessit. 2do, cum homo post factum primo advertens se decessisse legem Dei ex ignorantia violasse, dolet, tristatur, et factum suum quammaxime detestatur: 3tio cum homo etiamsi sollicitus in necessariis ad salutem addiscendis, probus, ac conscientiae integrae, ac moratae, ac in cavenda culpa perdiligens ignoranter, ac inadvertenter aliquid agit. 4to, cum etiamsi dubium, aut scrupulus praecessit, viros doctos, prudentesque consuluit, vel si et ipse doctus est, studuit, meditatus est, se Deo commendavit, ac quod rectum aut permissum existimavit, elegit, praesertim si res est doctioribus ignota, ac difficilis sit, ac ideo in dubium vocata. Contra vincibilis habenda est, si dubium, ac cogitatio aliqua aut

vel etiam | scrupulus de malitia praecessit, et nulla diligentia, nullumque studium aut saltem sufficiens pro rei modo adhibitum fuit. Si res est facilima contra, ut sunt communes veritates quae ex nimis principiis deducuntur. Si sit vir non nimium sollicitus in rebus necessariis addiscendis, ac parum cautus in offensa Dei cavenda his positis.

52. Doctores de conscientia vincibiliter erronea, seu ethice non recta tractantes inter cetera examinare solent, 1mo Quaenam quanta sit hujus conscientiae obligatio? 2do Quid agendum sit ei, qui utrumque contradictorium illicitum censet, quia legi non invenit eam consentaneam? 3tio Quod existentia ... ratione in ... erronei vincibilis, ut ejus operatio peccatum sit? 4to An gravius peccat qui agit contra conscientiam erroneam ...

cibilem, ex qua eam in operando sequitur. Tandem quomodo conscientia erronea vincibilis deponenda sit, et quanta in eo diligentia sit reponenda. Haec autem per distinctos Paragraphos examinabimus.

§. 2. De Obligatione conscientiae erroneae vincibilis.

53. Propositio. Conscientia vincibiliter erronea, quamdiu durat, negativè, non positivè obligat ad sui sequelam. Ita quoad substantiam, licet non quoad loquendi modum cum com. Doctorum, quae ut intelligantur, diligenter notabis, quid sit in praesenti conscientiam positivè, et negativè obligare. Conscientia negativè obligare dicitur, quatenus ejus dictamen eam vim habet, ut actio contra eam facta sit peccaminosa, ac proinde contra eam non liceat operari: conscientia autem positivè obligare dicitur, quatenus ne dum facit illicitum, quod contra eam fit, sed etiam praecipit quod ipsa dictat, adeò ut talem conscientiam habens operari teneatur absque ullo dispendio, ut culpam evitat. Ex quibus sic subsumo: sed habens conscientiam erroneam vincibiliter, neque juxta eam, neque contra eam licitè operari potest; ergo negativè, non autem positivè obligat ad sui sequelam. Minor duas habet partes. Prob. quoad primam, nempe quod non liceat operari juxta dictamen conscientiae vincibiliter erroneae, et quidem auctoritate D. Thomae, ex qua theologica ratione eruitur. S. Doctor itaque 1. 2. q. 19. A. 6. in responsione cum praemisisset, ignorantiam, quae involuntarium causat, nempe invincibilem, à culpa excusare; secus verò, quae voluntarium causat, nempe vincibilem: Item dixisset, ignorantiam duplici modo volitam esse posse, directè nempe, et indirectè: directè quidem, cum voluntatis actus in eam fertur: indirectè autem propter negligentiam ex eo, quod aliquis non vult illud scire quod scire tenetur, post concludendo subjungit = Si igitur ratio, vel conscientia errat errore voluntario, vel directè, vel propter negligentiam, quia est error circa id, quod quis scire tenetur, tunc talis error rationis, vel conscientiae, non excusat, quin voluntas concordans rationi, vel conscientiae sic erranti, sit mala = Mala ergo est voluntas obsecundans conscientiae erroneae vincibili, utpote cum tunc error sit voluntarius; ergo non licet operari juxta dictamen conscientiae erroneae vincibilis: quia videlicet tunc voluntas fertur in objectum malum quà tale volitum atque ideò, tali conscientia erronea vincibili operans formaliter peccat.

54. Altera minoris pars, nempe quod neque liceat agere contra conscientiam vincibiliter erroneam, quamdiu durat, ostenditur pariter auctoritate Praeceptoris Angelici 1. 2. q. 19. A. 5; ubi quaerit utrum voluntas discordans à ratione errante sit mala, et rejectis quorundam Theologorum placitis concludit, dicendum quod simpliciter omnis voluntas discordans à ratione sive recta, sive errante semper est mala. Et in argumento sed contra subjungit = Conscientia nihil aliud est, quam applicatio scientiae ad aliquem actum. Scientia autem in ratione est. voluntas ergo discordans à ratione errante est contra conscientiam. Sed omnis talis voluntas est mala. Dicitur enim Rom. 14. omne quod non est ex fide, peccatum est: id est omne quod est contra conscientiam, ergo voluntas discordans a ratione errante est mala = Et ad idem ait, sicut si quis ... discordans praecepto Proconsulis cum praecepto Imperatoris, violans praeceptum Proconsulis contemneret Imperatoris praeceptum, ita qui contemneret dictamen rationis dictans existentiam

praecepta Dni, licet falso, praeceptum Dei contemneret. Quid clarius pro nostra sententia? Confirmatur a ratione. Voluntas non sit licitum amplecti, et ferri in objectum, ac elicere actum, ipsi tanquam malum repraesentatum: cum enim voluntas sit potentia caeca, et ab intellectu cognoscente dependens non aliter in objectum fertur, ac elicit actum, nisi prout ab intellectu ipsi exhibetur; sed qui agit contra conscientiam erroneam etiam vincibilem fertur in objectum, et elicit actum ipsi tanquam malum repraesentatum: hoc ipso enim quod intellectus exhibeat voluntati tanquam bonum, et praeceptum v.g. mentiri pro tuenda vita proximi, dictat, malum esse in casu non mentiri, ut patet; ergo etc. Conscientia igitur erronea negative, sed non positive obligat ad sui sequelam.

55 Atque ex his sequitur, peccaturum tam eum qui sequitur, quam qui agit contra dictamen conscientiae erroneae vincibilis, v.g. tam qui mentiretur, quam qui non mentiretur ad servandum indemnem suum proximum ductus errore vincibili credens se ad mentiendum teneri; atque adeo nullum ipsi medium superesse ad culpam Theologicam vitandam nisi deponendo praedictam conscientiam, precibus se Deo, qui omnem hominem illuminat, commendando, rem pro ejus gravitate diligenter perpendendo, studendo, legendo, pios et peritos consulendo, praxim timoratorum attendendo, uno verbo faciendo, quantum moraliter fieri sit, ut rei veritas dignoscatur, atque omnem malum affectum qui mentem [illegible] possit, impediat. Quod si hoc studio adhibito adhuc fieret, ut error deponi non possit, et electio urgeat, tunc detestando, et dolendo est de priori negligentia, ac ignorantia, actum contritionis eliciendo, auxilium a Deo petendo, et extremum, quod tanquam minus malum apparet, eligendo: et sic operans a culpa excusabitur, quia tunc ignorantia invincibilis, et error involuntarius erit, cum jam ejus causa fuerit retractata, et fiat, quantum fieri sit, ut culpa fugiatur.

56. Dices contra primam propositionis partem primo. Voluntas discordans a ratione solum vincibiliter erronea non est moraliter mala; ergo operans contra conscientiam vincibiliter erroneam non peccat; ergo neque negative obligat ad sui sequelam. Probatur antecedens. Voluntas non sit enim moraliter mala, nisi sit contra legem aeternam Dei; Peccatum siquidem est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem aeternam Dei, sed voluntas discordans a ratione vincibiliter erronea non est contra legem aeternam Dei. Lex siquidem aeterna Dei non tenet errorem, sed ipsi opposita est; ergo etc. Secundo. Conscientia nostra respectu legis aeternae Dei se habet veluti praeceptum inferioris per ordinem ad praeceptum superioris; sed praeceptum inferioris nullo modo obligat contra praeceptum superioris; et conscientia nostra aliquo saltem est contra legem aeternam Dei, ut in casu quo conscientia dictaret mentiendum pro bono proximi, ergo saltem tunc non obligat ullo modo. Tertio. Omnis voluntas, quae mala est, ad aliquam malitiae speciem reduci debet; sed voluntas discordans a ratione, seu conscientia erronea vincibili ad nullam malitiae speciem reduci sit, puta voluntas discordans a ratione erronea dictante esse mentiendum, esse fornicandum etc., cum voluntas non mentiendi, non fornicandi sit, sit bona; ergo etc.

57 Respondeo negando antecedens, ad hujus probationem distinguo minorem: voluntas non sit etiam moraliter mala, nisi sit vel re, vel existimatione contra legem aeternam Dei concedo minorem, nisi sit reapse, et physice contra legem aeternam Dei nego minorem, et distinguo majorem: sed voluntas discordans a ratione vincibiliter erronea non est reapse, et physice contra legem aeternam Dei concedo minorem, non est existimatione, et moraliter contra legem aeternam Dei nego minorem, et consequentiam. Etenim qui operatur contra conscientiam vincibiliter erroneam, non ponat opus, quod de se, et ab intrinseco suo non opponatur legi Dei, affectu tamen fertur in transgressionem divinae legis, et quantum in se datus paratus est, et eligit legem divinam violare: talis autem voluntas certe mala est in ordine morali; ergo etc.

58 Ad 2.dum omissa, aut etiam concessa minori distinguo majorem: sed praeceptum superioris, quod cognoscitur proponere aliquid contra praeceptum superioris, non obligat concedo, quod concipitur proponere aliquid tanquam conforme, et frequentem superioris praecepto nego minorem, et consequentiam. Cum etenim conscientia vincibiliter erronea proponit aliquid tanquam bonum illud tanquam conforme, et imperatum superioris praecepto mente repraesentat; sed conscientia mente repraesentans aliquid tanquam praeceptum lege superioris saltem obligat, ne contra id fiat; quia hoc ipso voluntas fertur in malum ut malum cognitum; ergo etc.

59. Ad 3.tium omissa, aut concessa minori nego minorem. Talis enim voluntas reducitur ad eam malitiae speciem, quae apprehenditur per oppositionem ad eam virtutem, quae violari, seu contra quam operari creditur: v.g. in casu de mendacio pro bono proximi contra charitatis virtutem etc., qua quis ad mentiendum se teneri existimat.

60 Urges 2.do contra 2.dam partem. Primo voluntas conscientiae etiam vincibiliter erroneae conformis bona est, ergo illud eam agere licet, ergo positive obligat ad sui sequelam, cum nempe rem tanquam praeceptam proponit. Probatur antecedens. Voluntas conscientiae etiam vincibiliter erroneae conformis tendit in objectum tanquam bonum; sed talis voluntas bona est; ergo etc. Probatur minor. Voluntati discordanti conscientiae, etiam vincibiliter erroneae, proponitur objectum tanquam malum; ergo voluntati tali conscientiae concordanti proponitur objectum tanquam bonum; ergo voluntas etc. tendit in objectum tanquam bonum. 2.do Voluntas concordans praecepto Dei, ac legi aeternae, semper est bona, sed etiam ipso conscientia est vincibiliter erronea dictante, et actus voluntatis proponitur ipsi tanquam conformis praecepto Dei, et legi aeternae; ergo talis voluntas bona est; ergo etc.... 3.tio: Nemo potest dici necessario peccare, utpote cum peccatum sit actio libera; sed nisi conscientia vincibiliter etiam erronea obtineat in actum bonum quis posset necessario peccare peccaret siquidem tam agendo conformiter, quam operando difformiter dictamini conscientiae; atque adeo neutrum ex extremis absque peccato eligere posset; ergo etc.

61 Respondeo ad primum negando antecedens loquendo jam de bonitate morali, ad hujus probationem distinguo minorem: voluntas conscientiae etiam vincibiliter erroneae conformis tendit in objectum tanquam bonum, cognitum bonitate non sufficiente ad honestatem actus concedo, cognitum bonitate sufficiente ad honestatem actus nego minorem et distinguo majorem: sed talis voluntas, id est voluntas tendens in

objectum tanquam bonum, cognitum bonitate sufficiente ad honestatem actus est bona concedo minorem, cognitum bonitate non sufficiente ad honestatem actus nego minorem, et consequentiam. Ut actus sit moraliter bonus, et honestus, requiritur, ut praemisso maturo, diligenti, ac sufficiente examine pro rei veritate investiganda, ejus objectum ipseque actus tanquam honestus, ac nulla circumstantia vitiatus certo menti appareat. in casu autem nostro neque sufficiens examen praemissum est, neque objectum certo bonum apparet; voluntas ergo in tale objectum tendens moraliter bona non est.

Ad 2dum dico minorem voluntas concordans conformitate moraliter recta praecepto Dei, ac legi aeternae semper est bona concedo conformitate moraliter non recta nego minorem, et d. minorem. sed quando conscientia est vincibiliter erronea objectum, et voluntatis actus ipsi proponitur tanquam conformis praecepto Dei, et legi aeternae conformitate non recta moraliter concedo, moraliter recta nego minorem, et consequentiam. Ad honestatem actionis non sufficit, ut ea concipiatur quomodocunque ut conformis aeternae legi, sed etiam quod prudenter judicet de ejus conformitate, adeo ut de opposito prudenter dubitari non possit quod vero in nostro casu prudenter dubitatur de opposito; ergo etc.

Ad 3tium dico, tunc necessario non peccare habentem conscientiam vincibiliter erroneam licet enim peccet agendo secundum, quam contra praedictam conscientiam operando; potest tamen de rei veritate certiorari, et praedictam deponere conscientiam, praemittendo debitum examen, quod et potest, et debet praemittere; ex sua malitia ergo, et non necessitate peccabit.

§3. De constituto inter duo contradictoria ut illicita simul, et semel apprehensa.

62. Casus est, quid agere debeat, qui ex conscientia erronea in utroque contradictionis extremo culpam Theologicam falso apprehendit Ut: Mulier, cui infirmi cura commissa est, peccare judicat, sive die festivo sacrum omittat, sive infirmum deserat vel pastor ovium credit peccare, sive non audiat die festo sacrum, sive oves derelinquat. Ad dubium hoc cum distinctione respondendum est. Vel enim judicium illud procedit ex ignorantia vincibili, vel invincibili. Si ex invincibili respondeo cum communiori, ac veriori sententia, quam defendunt Salmanticenses, Castropalaus, Rodriquez, Cardinalis de Lugo, Sanchez, Laymann, aliique a Salmanticensibus citati Tract. 22. de Principiis Moralibus Cap. 5. puncto 1. § 2. numero 9 habentem talem conscientiam non peccaturum quodlibet ex extremis, ceteris paribus, eligeret, et exsequeretur. Et ratio est manifesta. Nam ut quis theologice reus sit necesse est, ut eadem libertate Physica, seu etiam morali liber sit ad ponendam eam actionem, vel omittendam, quam tanquam peccaminosam apprehendit; sed ex ignorantia invincibili malitiam in utroque extremo apprehendens liber non est libertate morali ad ponendam actionem peccaminosam, ut patet; ergo etc.

Dixi tamen ceteris paribus; si enim major malitia in uno, quam altero contradictionis extremo inveniatur, tunc eligere deberet ea pars, cui minor malitia inesse existimaretur sic si praedicta mulier magis ma

lum quod crederet deserere infirmum, quod non audire sacrum die festivo, omittere debuerat sacrum, et infirmo assistere, quia videlicet excessus malitiae tunc illi liber erat; quod non evenit, cum malitia aequalis utrique inesse conciperetur.

63 Neque dicas. Etsi ignorantia in praedictis casibus sit invincibilis, libere tamen dicta mulier omittebat sacrum cognoscendo omissionem sacri tanquam malam: poterat enim deserere infirmum, et audire sacrum; sed qui libere tendit in objectum malum ut tale cognitum peccat; ergo etc. Nam licet praedicta mulier habeat libertatem physicam, idest potentiam physicam ad alterutrum ponendum contradictorium; non habet tamen potentiam, et libertatem Moralem, idest potentiam ad vitandum unum ex illis extremis sub ratione mali vitabile: siquidem si ponat omissionem sacri, in ea malum apprehendit; item et si sacrum audiat, in desertione infirmi malum concipit: libertas autem moralis ad peccandum requiritur; ergo etc.

64 Neque instabis, et dices: Sanctissimus Christus Dominus utpote impeccabilis constitutus erat in necessitate hoc, vel illud bonum ponendi, libere tamen, et libertate ad meritum sufficiente operatus est, ergo licet et praedicta mulier attenta ejus conscientia deberet hoc, vel illud malum ponere; libere tamen, et quidem libertate ad demeritum sufficiente alterutrum extremum poneret. Tanquam certum siquidem suppono,ˣ Christum Dominum in terris degentem habuisse veram libertatem indifferentiae ad opera bona, et meritoria; quod specialiter de morte ipsius Christi a patre aeterno praecepta innuere Scriptura, Joan: 10: Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam a meipso, potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam: Hoc mandatum accepi a Patre meo. Quidquid postea sit, quomodo explicari debeat, et possit utrumque simul conciliari, in quo laborant Theologi, quorum placita legere poteris apud Dominicum Viva in expositione propositionis Jansenii 3ᵃᵉ, ex ordine tertia, ab Innocentio X. proscriptae. In casu autem nostro perfecta libertas indifferentiae ad bonum faciendum, et malum omittendum in dicta muliere non remanserat, ut patet ex dictis. Hoc quoad primo ambas propositi partes. ˣ ex sacra Theologia

65 Si vero judicium procedit ex ignorantia vincibili, dico, talem conscientiam habentem teneri eam deponere modo supra numero 55. explicato: quod si non deponat, peccat, alterum eligendo, ut communissime tenent Theologi cum S. Thoma 1. 2 q. 19. a. 6 ad 3. = Dicendum, inquit, quod sicut in syllogisticis uno inconvenienti dato, necesse est alia sequi, ita in moralibus, uno inconvenienti posito, ex necessitate alia sequuntur sicut supposito quod aliquis quaerat inanem gloriam, sive propter inanem gloriam faciat, quod facere tenetur, sive dimittat, semper peccabit. Nec tamen est perplexus, quia potest intentionem malam dimittere: et similiter supposito errore rationis, vel conscientiae, qui procedit ex ignorantia non excusante, necesse est, quod sequatur malum in voluntate. Nec tamen est homo perplexus, quia potest ab errore recedere, cum ignorantia sit vincibilis, et voluntaria = Hactenus S. Thomas

66 His addere juvat, quid de eo sentiendum sit, qui habet legitimam excusationem, ut ad eam advertit, v.g. ne die festo intersit sacro, ne huic pauperi eleemosyna denegetur, attamen judicat se teneri praecepto missae, et eleemosynae: cui difficultati respondeo, et dico, non peccaturum eum, qui absoluta

et simpliciter impotens est, V. g. quia in carcere detinetur, à lecto ob febrim moveri non potest, nec habeat, qui valeat eum ad ecclesiam transferre; quia non habeat, quid pauperi erogaret; quamvis adhuc existimaret, se præcepto de missa audienda, et eleemosyna danda teneri, ratio est manifesta, quia videlicet non haberet libertatem ad peccandum requisitam. Quod si non obstante tali impedimento ità animo esset comparatus, ut etiam si illud non adesset, adhuc vellet omittere auditionem sacri, nollet elargiri eleemosynam, non peccaret quidem per omissionem illam, sed ratione pravæ voluntatis, quam habet de transgrediendo præcepto, quia videlicet illa animi comparatio est libera, et mala. Si verò absolutè, et simpliciter impotens non est, alter impedimentum est sufficiens ad excusandum à præcepto, V. g. si ob febrim non teneretur adire ecclesiam pro audiendo missa, si ob proprium malum ipsum pauperis accipiendo eleemosynam, et adhuc existimaret se præcepto devinctum, probabiliorem existimo sententiam Vicostelli de juramento. Dist. 2 num. 239 asserentis, eum tunc non vitare peccatum, quia simpliciter in ejus potestate est missam audire, et se teneri audire judicaret, item simpliciter possit eleemosynam pauperi elargiri, et se elargiri teneri existimaret; atque adeò potens conscientiæ obtemperare contra conscientiam ageret, ergo peccaret.

§ 4 De existentia judicij erronei vincibilis necessaria ad peccatum.

67 Dificultas est, an ad operis malitiam ex conscientia erronea, vel contra conscientiam erroneam vincibilem factam contrahendam necesse sit actu, vel sufficiat tantum virtute, et habitu adesse judicium erroneum vincibile. V. g. Franciscus vincibiliter errans falsò credidit, feria quinta fore præceptum jejunandi interim immemor conscientiæ errantis tali die non jejunat item vincibiliter errans falsò existimavit, feria sexta, in qua incidit festum S. Petri, non esse obligationem audiendi sacrum, proinde interim tali die adveniente sacrum non audit, quæritur an non jejunans, neque sacrum audiens peccat tali die.

Ad hanc difficultatem, quæ ab altera pendere videtur, quænam videlicet advertentia requiratur, et sufficiat ad culpam theologicam, Respondet Rodriguez Tom. 1. Sum. Cap. 71 num. 2 Medina 1. 2 q. 19 Vas. Sed numquid, quos et alij consentiunt, sufficere, prædictum judicium virtute, seu virtualiter perseverare; licèt et hi concedant, satis non esse, si habitu tantum, ipse verò Non conveniunt deinde in ea virtuali perseverantia explicanda. Quidam enim simpliciter manere, virtualiter etc. sustinent, quando præfatum judicium, seu dictamen nunquam revocatum fuit, licèt longum tempus præterierit. Quidam verò volunt, et exigunt parvam temporis distantiam inter dictamen illud, et eam, quod peccaminosum existimant: non assignant tamen hanc certam distantiam, qualis esse debeat.

Contra Sanchez in præcepta Decalog. Tom. 1 Lib. 1 Cap. 11 num. 7. item Castropalaus de Conscientia Tract. 1. Disput. puncto 4. pro se allegans Azorium, Vasquez, aliosque, quos et ipse, licèt non in modo explicandi accedunt Salmanticenses, Docent, opus esse, ut id judicium actu perseveret, dum actio

contra conscientiam errantem fit, ut ad culpam imputetur. Actu autem perseverare docent, quando actu conscientiae aliquo modo reclamat, vel per plenum judicium, vel per aliquam dubitationem, vel etiam quando quis saltem in communi, et in confuso advertens intendit mediis, et actibus ad finem conducentibus, ut dat V.G. si quis in vespertinum volens inimicum occidere, postea mane surgeret, arma emeret, iter arriperet, etiamsi semper non cogitaret de morte inimici, sed aliquando etiam distraheretur ad alia: uno verbo juxta praedictos Doctores actu perseverat judicium erroneum, seu dictamen ex illo ortum, quoties cum fit actio mala et culpabilis ad malitiam prius existimatam non advertere. His notatis esto cum laudatis Doctoribus

68. Propositio. Ut opus ex, vel contra conscientiam erroneam vincibilem factum, imputetur ad culpam, necesse est, ut modo nunc explicato actu illius erroneum judicium, sive dictamen existat. Prob. Ut opus ex, vel contra praedictam conscientiam factum imputetur ad culpam, necesse est, ut ejus erroneum judicium, seu dictamen aliquo modo in actum, aut ejus omissionem alias culpabilem influat; sed nisi aliquo ex dictis modo actu tale judicium, seu dictamen existat nullo modo in actum, aut ejus omissionem alias culpabilem influit: neque enim in se, vel in ipsa voluntate, neque in aliquo effectu maneret; quod tamen ad influxum necessarium est; ergo &c. Accedit quod ad peccandum, ut dicemus in tractatu de peccatis, requiritur aliqua actualis advertentia: quando autem actu judicium erroneum non existit, in casu abest actualis advertentia, quinimo veluti bona fide operans agit; ergo &c.

69. Confirmatur. Qui venenum inimico porrigit, etiamsi eum, antequam mors sequatur, poenitet sui facti, occidere censetur, quia voluntas occidendi antiqua in aliquo remanet effectu; sed in casu nostro judicium illud neque in se, neque in voluntate, neque in aliquo effectu remaneret; ergo &c... Confirmatur 2do. Si virtualis judicii erronei, seu dictaminis ex, vel contra conscientiam erroneam vincibilem orti in sensu simul sententiae intellecti existentia ad culpam contrahendam, cum actio, vel omissio ponitur, sufficiens esset, jam sequeretur, infidelem, qui semel statuit omnia sua opera in idoli honorem referre, ac nunquam hanc suam determinationem retractavit, in omnibus suis operibus peccare; quinimo peccato idololatriae etiam cum eleemosynam pauperi largitur ad ejus sublevandam indigentiam, parentes colit, inimicos diligit seu ut naturae legi pareat, sed hoc est quammaxime absurdum; ergo &c.

70. Ubi advertas velim, in hac nostra sententia eum a culpa non excusari, qui immemor suae praecedentis erroneae vincibilis conscientiae, ac nullo modo ad suam obligationem actu advertens aliquid agit, aut omittit. Vero enim, fatemur, peccasse, cum primum ad suum errorem, ac inquirendam veritatem dubium advertit, et quidem verum fuisse culpam omnium, quas se commissurum praevidit, nisi errorem deponeret, ac de veritate certior redderetur. Hinc peccavit, et factus est reus omissionis sacri, quod ex errore vincibili credidit se non teneri feria sexta, illo a festum S. Petri, sacrum, praevidens se sacrum omissurum nisi praedictum deponeret conscientiam, et de facto culpabiliter non deposuit licet postea non peccaverit cum tali die immemor omnino suae obligationis sacrum non audivit.

71 Opponens cum adversariis pro primo sententia: Ad validam sacramentorum administrationem sufficit intentio virtualis ut docet communis doctorum sententia cum S. Thoma 3 parte quest 64. A 8 ad 3 item ad validam divini officii recitationem, sicuti ad alia bona, et meritoria opera sufficit attentio virtualis, ergo et ad peccatum sufficit virtualis advertentia. adeoque in casu nostro virtualis perseverantia conscientiae erroneae vincibilis, seuque virtuale dictamen. Confirmatur Ut aliquis malus effectus V.G. Blasphemiae, impura verba in ebrietate prolata imputentur ad culpam, sufficit fuisse libera in causa, V.G. ipsam ebrietatem, fuisse liberam, praevisam, ac mala illa verba saltem fuisse praevisa, licet in ebrietate nullo modo sint libera. Item ut quis de damno illato teneatur restituere, satis est damnum illud in causa liberè positum, et quam nullum jus ponendi habebat, fuisse praevisum, ergo à paritate

Respondeo ad ant: Ad validam sacramentorum administrationem sufficit intentio virtualis, item et ad validam officii recitationem sufficit attentio virtualis, quia coincidit in actualem à nobis superius explicatam concedo ant; aliter nego ant, et conseq. Ut minister, (idem dic de divini officii recitatione) V.G. Parochus validè conficiat sacramentum, non sufficit, quod olim V.G. initio suae institutionis, vel longe ante administrationem habuerit intentionem Parochianis suis sacramenta administrandi, et nunquam talem retractaverit intentionem, sed requiritur, ut singulis vicibus, vel dum actu conficit sacramentum, vel initio actionum quae ad administrationem ordinantur, actu intenderit sacramentum conficere, et in ipsis actionibus ita perseveret, ut in confuso saltem apprehendat, et sciat, quid agat, adeo ut si interrogaretur quid faciat, statim dicat se sacramentum facere: Porro haec est intentio à nobis supra explicata, ut meditanti patet; et haec plurimum differt à virtuali perseverantia in bona semel elicita, quinimo si talis esset intentio Parochi, validum sacramentum non conficeret, ergo neque talis perseverantia conscientiae erroneae, ad peccatum sufficiet, ergo &c.

73. Ad confirmationem dico primo, exempla adducta ad rem non esse. Nam in praedictis casibus habetur perseverantia in effectu nempe in ebrietate, et in causa influente in damnum: quod in casu nostro de judicio erroneo abesse supponitur. Secundo, quoad exemplum primum dico, verba blasphema, et impura in ebrietate prolata non esse in se, et ab intrinseco sua, sed solum denominativè, et ab extrinseco, nempe in causa peccata, ut mox in dato exemplo notari debeat. Ad exemplum vero de damno illato dispar ratio est: quia ut quis restituere teneatur, sufficit, quod injuriam fecerit proximo suo reale. Injuriam autem facit proximo suo, qui a libere causa ponit proportione causam in damnum proximi influentem: contra ut quis peccat, requiritur, ut liberè ponat actionem malam. Qui autem non cognoscit, ut in casu non adverte supponitur, liberè non ponit actionem quam malam cognitam, ergo &c.

§. 5. De peccato agentis contra, vel ex conscientia erronea vincibili.

74 Quaeritur, an gravius peccat, qui sequitur dictamen conscientiae erroneae vincibilis, quam qui contra eam operatur. Basolis in 2. Dist 39 Quest unica A 3, et Ricordus eadem Dist A 2. Q 2. ad 4 docent semper gravius esse sequi conscientiam erroneam vincibilem, quam contra illam agere si eadem

afferunt, quia semper gravius est peccatum agere contra legem superioris, quam contra legem inferioris. in casu autem agens cum conscientia vincibiliter erronea sequitur inferioris legem, nempe propriam conscientiam, et agit contra superioris legem nempe Dei; ergo &c. Contra Azorius, Sayrus, Medina, Vazquez, Sanchez, Salas, Bonacina, Layman, aliiq: communiter, quos citant, et sequuntur Salmanticenses To: 5: Tract 20 Puncto 2. de Principiis Moralibus sentiunt, certam non posse de hoc tradi regulam, ac proinde docent aliquando gravius esse sequi conscientiam talem, et aliquando levius, ut proinde ad peccati gravitatem dignoscendam oporteat recurrere ad quantitatem mag. et qualitatem praecepti apprehensi; V.G. si quis existimaret falso, et vincibiliter, se teneri mentiri, ut vitam alterius conservaret, gravius non mentiendo peccaret, et mentiendo tantum leviter: Contra si quis crederet se teneri in gravem furari ad sublevandam ordinariam pauperis indigentiam, levius peccaret omittendo furtum, quam furando. Et ratio hujus est, quia conscientia non ratione sui, et propriae virtutis, cum sit solum intimatio quaedam, et promulgatio legis, sed ratione praecepti apprehensi, ac materiae propositi obligat; ergo quo gravius fuerit praeceptum apprehensum, eo gravior erit obligatio conscientiae; sed quo gravius est praeceptum, eo gravior est illius transgressio; ergo tunc gravius peccatum erit agere contra conscientiam erroneam quando praeceptum ab ipsa falso propositum fuerit gravius, et tempore suo tunc levius, quando praeceptum fuerit leve. Et per hoc patet responsio ad rationem Basolis, et Ricardi: Conscientia enim in casu non se habet per modum legis inferioris, sed tanquam intimatio, ac promulgatio divinae legis, quae licet non existat, tamen existere creditur, atque adeo affectu violatur lex divina, et revera transgreditur legem Dei praecipientem ne contra conscientiam agamus, et nisi conscientia recta ducti operemur. Ubi tamen notandum, caeteris paribus, idest si aequalia fuerint inter se praeceptum apprehensum, et praeceptum reale divinum, gravius fore operari contra, quam cum conscientia erronea: ignorantia enim licet non tollat, minuit tamen malitiam, ut docet d. Thomas 1. 2. Q. 6. A. 8, et Q. 73. A. 4, ac cum eo communiter Theologi; praesertim quando error non est itacrassus, et supinus, et affectatus, ut scientiae de praecepto aequivaleat.

§ 6. Quomodo conscientia erronea vincibilis deponi debeat.

75 Conscientiam erroneam deponendam esse ad culpam vitandam constat ex dictis, sed quomodo, ac quanta diligentia deponi debeat disputant inter se Doctores. Cajetanus in 1. 2. Q. 19. A. 5: quem sequuntur Navarrus, Valentia, Azorius, Sayrus, aliiq; docent conscientiam erroneam vincibilem ad libitum deponi posse. ibique affert, et adhibet exemplum sequens si mulier ignorans audiret a confessario, mortale esse alienis capillis uti, eo quod simulationis mendacium sit, et ratione, et auctoritate decepta conciperet illud erroneum judicium dictans esse illum mortalem esse, et tamen omni tempore vitae utatur illis, nec curans contrariam rationem solvere, putans interim id sibi licere, ut ipse Cajetanus inquit, non peccabit. et ratio est, quia licet in universali, et speculative

judicium illud erroneum maneat, non manet tamen in particulari, et practicè ad opus illud applicatum, quia videlicet exercitio deponitur: similiter dicendum est, quia conscientia erronea non aliter ligat, quàm quatenus acceptatur. Contra verò Sanchez, qui lib. 1. Cap. 12. num. 13 in Decalogum plures pro se citat Doctores, sustinet, conscientiam vincibiliter erroneam ad libitum deponi non posse, sed ad hoc requiri rationem quidem gravem, vel auctoritatem non contemnendam, ex quibus falsitas erronei judicij prioris falsitas appareat. Hinc hæc sententia docet, solo exercitio non nisi temerè prius judicium erroneum deponi posse, quia saepius nequaquam accideret casus, quo peccaretur contra conscientiam erroneam agendo, quinimo et conscientia vera deponi posset, ut per se patet. Hujus autem sententiæ fundamentum est primò, quia illa conscientia, licèt falsa, dum persistit, tanquam vera apparet, ergo ille, qui absque rationabili ratione in oppositum, ac antequam illius falsitatem agnoscat, eam deponit, se periculo manifesto conscientiam veram deponendi exponit: hoc autem licitè fieri non fit; ergo ad libitum &c. 2dò, quia vel conscientia illa erat ex rationibus probabilibus, vel ex rationibus 2dum æstimationem moraliter certis; sed quocunque modo hoc sit, debent haberi rationes ad minus solidè probabiles in contrarium, ut eam nempe rationabiliter, et prudenter deponas; ergo &c. Tandem, quia nequit quis ad libitum deponere conscientiam veram, neque variare prudenter judicium suum absque rationabili fundamento; sed in casu conscientia tanquam vera apparet, ac si ad libitum deponeretur, nullum variandi rationabile fundamentum appareret; ergo &c. Non diffiteor tamen, conscientiam erroneam deponi posse ex valida solutione rationum, ex quibus prædicta conscientia orta est: verum in casu non ad libitum conscientia deponitur, ut meditanti patet, sed ex ratione gravi, et rationabili.

76\. His duabus extremis mediam accedunt sententiam Salmanticenses distinguentes inter conscientiam erroneam rationabiliter, et prudenter, ex gravibus scilicet conceptam rationibus, et inter eam, quæ levibus, aut penè nullis innixa est fundamentis etiam ex parte operantis: et proinde si primum eveniat sententiam Sanchez amplectuntur; sin secundum contingat, veram Cajetani sententiam existimant. Verùm hanc distinctionem ad rem non esse existimo, cum hic agamus de conscientia erronea, quæ verè, et simpliciter conscientia dici fit, atque adeò de ea, quæ in gravibus saltem apparenter fundata est rationibus; non autem de ea, quæ sit mera mentis apprehensio, ac potiùs scrupulus, quàm vera conscientia. Concedimus et nos scrupulos ad libitum deponi posse; quinimo et deponendos, ut infra monebimus. Hic verò solo modo conscientiam vincibiliter erroneam deponendi respecta, quæ num. 55: diximus.

77\. Quoad verò attinet ad diligentiam in conscientia erronea deponenda adhibendam, ante omnia animadvertere oportet, aliam esse ordinariam, alio nomine exactam, et aliam extraordinariam, dictam etiam exactissimam. Ordinaria est quæ ordinariis utitur medijs, et consuetis, puta si homo doctus est Deo se comendat, ac proprio judicio non fidens Doctores legit, et attente meditatur rationes, et auctoritates, quas afferunt, ac animo omnis veritatis quod prudentia, regulis conforme esse existimat sectatur. Si verò homo indoctus est consulit patet à viris doctis in tali arte peritos, et carentibus morali suspicione, quod ex malitia, aut negligentia fu-

decipiant, ac quod ab ipsis accipit, sequitur. Extraordinaria est, quae insolitis utitur medijs, puta si hõo doctus post diligentem lectionem, ac meditationem, ac optimas inventas raões, ac fundamenta, neque sibi, neque alijs fidens velit ulteriores, et validiores raões invenire, ac nunquam agere, nisi quasi vel evidentes in re ctiã perdifficili, et obscura habeat raões ac quasi evidenter solvant opposita momenta, sique conveniat. Si vero est hõo indoctus, nolit fidere consilio Doctorũ suae civitatis, sed ad alias pergat provincias, ac loca pro instructione, ut Doctiores inveniat.

78 Ubi advertendũ est cũ Suarez de Censuris disput. 4 sect. 8, pro ordinaria diligentia dignoscenda recurrendum esse ad judicium hõiũ prudentiũ, ac in mãa, de qua agitur, peritorũ, pensatis õib, quae ad praeceptũ, personã, et operationem pertinent. Hanc enim melius nemo taxare fit, quam periti in arte: Hinc tutus erit, se ordinariam adhibuisse diligentiam, cũ eam adhibet, quod consideratis circumstantijs õib, mãa, praecepto, et qualitate personae operantis talem existimant comuniter in subjecta mãa requiri. Dixi tñ pensatis õib, quae ad praeceptũ, personas, et operationẽ spectant: Nã cum unũ praeceptũ sit gravius altero, persona una sit altera capacior, operatio una sit majoris, ac altera, momenti. Ut si ex una parte occurat praeceptũ nãale; ex altera vero praeceptũ merẽ positivũ; ex una parte sit vir Doctus, et ex altera sit hõo indoctus, ex una parte sit operatio, quae graviter nocebit proximo, vel quae moraẽ in executione patitur; ex altera vero sit operatio, quae leviter tantũ nocebit alteri, vel quae nullam patitur in executione morã, certẽ in primis casib major est adhibenda diligentia, quam in secundis, ut per se res ipsa indicat. His positis

79 Dico: Ad licitẽ deponendam conscientiam erroneã vincibilem quisque tenetur adhibere diligentiã sibi ordinariam, et exactam; non tenetur tñ ad extraordinariã, et exactissimã. Prima pars vel ex eo patet, quod quisque eam diligentiam ad vitandam culpam adhibere tenetur, qua possit prudenter judicare, se non peccare; sed nisi saltem ordinariã adhibeat diligentiã in tali conscientia deponenda contra eã operando, non fit prudenter judicare se vitare peccatũ, seu se facere, quantũ prudenter facere debet ad culpã vitandã non enim facere, quod prudentes faciunt, ergo &c. Altera vero pars suadetur contraria raõe, quia videlicet, cũ quis adhibet praedictam ordinariã diligentiam, statim ñl prudenter existimare, erroneã contra conscientiã prius habitã esse licitã, aut saltem permissam. Insuper praestat totũ id, quod juxta praesentis providentiae leges facere tenetur: Deus enim contentus ẽẽ presumitur ea diligentia, quam hões diligentes in reb magni momenti adhibent, et qua contenti sunt. utpote cum lex Xti suavis sit, et ejus jugũ leve. Alias vitã nostra turbationib, scrupulis, anxietatib, perturbationib, atq; angustijs semper subjectam forent, cum tñ semper merito dubitare possemus, an debitam ipsi haberimus diligentiam; ergo &c. Haec autem intelligenda sunt secluso semper aliqua peculiari obligatione; ut evenit in illis contractib, in qb diligentior, aut diligentissima adhibenda est diligentia, ut suppono ex eo tractatu.

80. Hinc sequitur, hominem doctum hic, et nunc existimantem contractum aliquem sibi illicitum esse, si postea re diligenter, pro rei merito examinata, ac consultis Theologorum placitis, ac rationibus pro utraque parte ponderatis sibi tanquam licitum prudenter proponit, absque ulla culpa talem contractum celebrare posse. Quod idem dic de homine indocto, si ex Doctorum placitis id percipereat. Prudenter enim operaretur; ut patet ex dictis.

81. Dices tamen. Homines contenti esse non solent diligentia ordinaria, et exacta pro obtinenda scientia profana, divitijs, honoribus, alijsque bonis corporis; ergo neque contenti prudenter esse possunt tali diligentia pro cognoscenda lege Dei, pro bonis animae et salute aeterna; sed eo major pro his habenda est, quod hoc valde excedant bona corporis.... Confirmatur primo. Si filius sciret esse periculum graviter offendendi Patrem suum, et non adhiberet maximam diligentiam pro tali offensa cavenda, merito judicaretur non habere debitam reverentiam, et amorem erga eundem suum; et si post adhibitam tantum mediocrem diligentiam defectu diligentiae majoris offenderet, pater merito indignaretur; ergo et si quis sciret esse periculum Deum graviter laedendi &c.... Confirmatur 2do. Pater sollicitus de salute filij graviter infirmi non acquiescit, nisi habito certo nuntio de illius vita, et salute; ergo nec nos acquiescere debemus, nisi habita certa notitia veritatis; ergo si ordinaria, et mediocris ad hanc non sufficit, extraordinaria est adhibenda; ergo &c.

82. Respondeo imprimis argumentum probare nimis. Si enim diligentia, et sollicitudo de aeterna beatitudine, et quidem quoad obligationem mensuranda esset ex sollicitudine, et diligentia actuali bonorum hujus terrae respectu, et ordine habito ad objecta, et sollicitudo bonorum corporis est, et debet esse maxima, nunquam posset adhiberi sufficiens diligentia pro vitando peccato, lege Divina exequenda, et beatitudine comparanda, quia lex Divina, et aeterna salus 2do sunt digna omni diligentia possibili, ac proinde semper et ulterius inquirere deberemus, quousque etiam in dubijs certo veritatem consequeremur, ac etiam quotidie jejunare, incessanter orare, quaevis optima exercere, ac etiam omnia pericula vel remota vitare teneremur, cum longe pretiosior ac etiam salute corporis, quam diligentissime curamus, sit aestimabilior, ideoque exigeret diligentiam sine proportione majorem: Quod falsum esse patet ex supradictis in fundo, quia idem bonum non est suavis, ac benignissimae Dei providentiae nihil a nobis exigentis supra conditionem nostram. Quapropter sicuti praeceptum nobis non est quaerere, et curare salutem corporis cum tali, ac tanta cura, et sollicitudine, sed solum ordinaria; ita et dicendum est de aeterna salute.

Hinc ad argumentum in forma omisso, vel etiam concesso antecedente nego consequentiam. Homines enim tantam adhibentes attentionem, et diligentiam ut plurimum se vituperabiles redderent, interim laudabiles forent, si tantum mediocrem seu ordinariam adhiberent; ergo nec utens mediocri, et ordinaria diligentia pro salute animae se vituperabilem reddit, ubi praesertim abest periculum peccandi formaliter, aut amittendi aeternam salutem, quod in casu jam abest, ut probatum et lapsum in casu nostro, ut notat Davillus, semper major est cura pro aeterna salute, quam pro bonis hujus terrae, licet

in se parvæ forent dictæ diligentiæ, quippe cum curæ bonorum corporis maxime reddantur per commoda temporalia, et per ipsam rationem proportionem. contra posteriores nempe pro bonis animæ semper graviores sunt, utpote conjunctæ cum continuo bello spirituali, mortificatione concupiscentiarum, pugna renitentis naturæ &c.

83 Ad primam confirmationem nego antecedens. Nullo sane modo censendus est filius in casu non habere debitam in Patrem reverentiam, et Patrem in filium merito indignatum, si nempe plus mediocrem diligentiam adhibeat, ne Patrem lædat. Ad secundam vero confirmationem omisso, vel concesso antecedente negatur consequentia. Et disparitas ex duplici petitur capite. Et primo quia Pater fit de hoc certam habere relationem: nos vero, ubi res controversa est inter Doctores, sperare non possumus certam veritatis notitiam, ut per se patet. Secundo, quia quamdiu Pater non habet certam de salute filij notitiam non habet finem suum, qui est liberatio à timore per certitudinem vitæ filij, contra nos absque certa notitia veritatis, saltem per validiores rationes, habere possumus finem nostrum, qui est, non peccare, et honeste operari, ac per consequens salvari, ut infra probabimus: ergo licet Pater [illegible] &c. Hic addendum esset quomodo confessarius se gerere debeat cum pœnitente ignorante; verum cum hæc potius locum habeant in Tractatu de Pœnitentiæ Sacramento, ubi de obligationibus confessarij, placuit ab ea doctrina hoc in loco supersedere. Hinc &c.

Caput Tertium.

Hactenus conscientiam prout ex parte sui objecti se tenet, seu prout à suo objecto discordat, vel ipsi concordat, spectavimus: nunc de eadem ex parte sui actus spectata agamus, et in primis de ejus certitudine, et incertitudine; deinde vero de dubio, et perplexitate.

Articulus primus.

De conscientia certa, et incerta.

§1. Prænotiones necessariæ.

89 Quid nomine conscientiæ certæ, et incertæ veniat, melius intelligi non potest, quam ex natura judicij certi, et incerti. judicium autem certum generatim inspectum definiri potest, spiritualis affirmatio, vel negatio unius de alio, seu assensus, vel dissensus ita firmus et constans, ut nedum adhæreat objecto tanquam vero, sine omni dubio, et formidinem de opposito excludat. Hocque per varia certitudinis genera, ~~metaphysicæ nempe physicæ et moralis~~ dividitur, quæ jam multiplex est, et primo alia est infallibilitatis, et alia indubitabilitatis. Certitudo infallibilitatis, quæ et objectiva appellari solet, est determinatio actus mentalis ad verum, quæ determinatio consistit in eo, quod judicialis actus connectatur cum veritate sui objecti, metaphysice scilicet, vel physice, vel moraliter, per ordinem videlicet ad triplex connexionis genus, quæ alia est metaphysica, alia physica, et alia moralis, ut tradunt Logici. Unde judicium metaphysice certum illud est, quod ita connectitur cum sui objecti veritate ut neque naturaliter, neque supernaturaliter possit aliter se habere: talis est hic actus: Deus est summum bonum: judicium vero physice certum illud est, quod ita cum sui objecti veritate connectitur, ut

tuit supernaturaliter, Deo videlicet supra naturae ordinem operante, aliter se habere possit, attentis tamen praesentis naturae viribus taliter se semper habet, et habere debet: Hujusmodi sunt hi actus: *Ignis calefacit, et comburit: Sol illuminat.* Tandem judicium moraliter certum est, quod ita cum veritate sui objecti connectitur, ut licet et per naturae vires, et supernaturaliter talis connexio impediri possit, attento tamen hominum sapientum, ac prudentum judicio aliter non se habet; cujusmodi sunt hi actus: *Regnum Turcarum existit. Mater diligit filium.*

85 Certitudo autem indubitabilitatis, quae et subjectiva dicitur, et adhaesionis, et quandoque etiam affectiva, ac proinde se tenet ex parte intellectus, et quandoque etiam ex parte voluntatis, est firma, et constans adhaesio intellectus, seu mentalis actus formidinem, et dubitationem omnem excludens. Quae mentis firmitas si conjuncta sit cum certitudine infallibilitatis, facit judicium jam metaphysice, physice, jam moraliter certum. Haec vero judicii firmitas vel oritur ex objecti evidentia, ejusque clara cognitione, vel ex voluntatis imperio. Si primum, est semper prudens, et semper cum infallibilitatis certitudine conjuncta est, et dicitur pura intellectualis, et adhaesionis: si secundum, fit aeque prudens, et imprudens, et a certitudine infallibilitatis disjuncta, et appellatur certitudo affectiva: Prudens quidem, quando tenax illa adhaesio oritur a motivo vere robusto, et ita gravi, ut nulla appareat rationabilis ratio formidandi, et nonnisi per imprudentiam aliter sentire liceat: Imprudens vero, quando nullum tale fundamentum grave, et forte pro rei merito occurrit, sed ex sola pertinacia, et obstinatione proficiscitur, sicuti facere solent Haeretici in suis Dogmatibus asserendis.

86 Ex his facile est intelligere, et definire quid sit conscientia[x] certa, et incerta, quam circa honestatem, et liceitatem operationis cujusque liquido constare debet: Sumus enim in materia morali, cui certitudo metaphysica, aut physica necessaria non est, nec merito exigi fit, aut debet. Conscientia itaque moraliter certa est ultimum rationis dictamen practicum, seu actus intellectus ultimo ad praxim dirigens, quo intellectus prudenter et firmiter, seu absque ullo rationabili dubio, et formidine falsitatis judicat aliquid hic, et nunc esse licitum, vel illicitum. Incerta autem est dictamen, seu actus, quo intellectus sic judicat aliquid esse licitum, vel illicitum, ut simul prudenter judicet, rem forte aliter se habere. Dixi prudenter certitudo enim de qua hic loquimur, quamquam pure affectiva non sit, duo exigit, videlicet prudentiam, et firmitatem in suo actu, cum firmitas sine prudentia non sit vera certitudo, sed pertinacia. Quare conscientia moraliter certa nuis debet initi motivis, et quidem pro qualitate materiae, et circumstantiarum gravibus, ac robustis, et simul excludere quamcumque prudentem dubitationem de opposito, quia deficiens, ut diximus, vel ei deesset firmitas, vel prudentia.

x moraliter

87 His addendum est, ad conscientiam moraliter certam efformandam non semper requiri, ut motiva, in quibus fundatur, in se ita sint robusta et fortia, ut semper sint connexa cum rei veritate, ac etiam per se quamcumque valeant excludere dubitationem. Nam quod primum certum est, et ut tale ab omnibus admittitur, connexionem moralem, in qua talis conscientia fundatur triplicis generis esse, supremam nempe, mediam, et infimam: suprema, cujus fundamentum

seu semper attestatur terminum, attenta rerum natura, absque miraculo privari possit termino, sic testimonium hominum convincitur cum existentia Regni Romani, Londini &c. Media est, cujus fundamentum quasi semper, licet non semper, secum trahit suum terminum. Infima tandem est connexio moralis media cum errore fallentium, quia vix datur motor, qui propter suum non deviet. Infima tandem, cujus fundamentum plerumque duntaxat secum affert terminum: talis est testificatio duorum, vel trium hominum probatorum, quae regulariter connectitur cum veritate eventus, de quo tanquam testes de visu testantur, juxta illud scripturae: in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Quoad 2dum vero pariter indubium est apud omnes, certitudinem moralem aliam esse positivam, negativam aliam. Positiva est, quando motiva de se, et ex se sunt ita fortia, ac robusta, ut licet judicium in illis fundatum possit simpliciter esse falsum, ita tamen intellectum movent, ut nonnisi per summam imprudentiam possit denegari assensus. Talia sunt motiva credibilitatis nostrae religionis, testimonium plurium virorum proborum tanquam testium de visu circa eventum aliquem &c. Negativa vero habetur, quando motiva licet de se non sint absolute fortia, ac robusta, sed potius infirma, tamen attenta rei qualitate, circumstantiis &c talia sunt, ut majora haberi nequeant, et nonnisi imprudenter de opposito suspicari possit. Tali certitudine fulcitur filiorum legitimitas, Baptismi validitas &c. Denique sufficere in talibus circumstantiis ad licite operandum nemo est qui negare possit, quia secus licite neque Divina veneraremur, neque episcopis obsequio prosequeremur. Pro horum enim legitimitate nisi certitudinem moralem negativam habere possumus. Haec attente meditaberis, utpote passim in re morali obvia.

88. Quod hic in disputationem vocatur a Doctoribus est, an conscientiae dictamen debeat esse certum, et qua certitudine. Pro cujus solutione ante omnia adverte, hic non disputari de dictamine speculativo, sed practico ultimo. Certum enim apud omnes esse debet ad licite operandum non sufficere dictamen, ne certum quidem speculativum, sed requiri dictamen ultimum practicum. Ratio primo petitur ex natura ipsius dictaminis speculativi talis, quod videlicet est illud, quod vel ab ipsa praxi praescindit nihil de ea enuntiando, ut nonnullis placet, vel saltem ad praxim tendit habita solum ratione principiorum universalium, non vero circumstantiarum, quae cum praxi communiter conjunguntur. Dictamen autem ad operationem licitam dirigens debet esse tale, ut attentis his determinatis circumstantiis actio licita, ac honesta appareat, non sufficit ergo dictamen speculativum. 2do, quia dictamen speculativum aliquando falsum fit esse etiam moraliter certum, practicum autem fit esse rectum, seu operatio attentis circumstantiis mala esse fit, ut patet ab his exemplis: Obedire praecepto superioris bonum, et laudabile est; sed die festivo audire sacrum est praeceptum, ergo die festo audire sacrum bonum, et laudabile est. Item: Fugiens quodcunque luxuriae periculum morale bonum operatur; sed tangere corpus nudum personae diversi sexus est morale periculum luxuriae; ergo bonum operatur non tangendo corpus nudum personae diversi sexus. Quae dictamina speculativa inspecta sunt moraliter certa, et tamen in praxi fallunt, et fiunt in casu, quo quis teneatur assistere infirmo, vel sacerdos in loco interdicto celebrat, vel ipse assistens flebotomiat corpo-

vitandi homicidii &c. 2do etiam in casu quo quis, v.g. Chirurgus ex levitate teneretur mederi. Non sufficit ergo ad licite operandum dictamen speculativum, sed debet esse practicum, et quidem in rigore tale, quod videlicet in casu illo particulari liceitatem, et honestatem operationis ostendat.

89 Secundo advertendum est, ad liceitatem, honestatemque actionis opus non esse, ut dictamen etiam ultimo practicum directum sit moraliter certum. Quod primo patet ex propositione ordine 3tia inter damnatas ab Alexandro VIII. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam. Propositio siquidem etiam probabilissima probabilitatis fines non excedit; adeoque sane non affert judicium directum practicum moraliter certum. Jtem neque licitum esset sequi probabiliorem libertati faventem in conflictu minus probabilis pro lege, ut meditanti patet: et hinc in tutiorismum ab ecclesia censuris profligatum aperta via esset. Praeterea jam finita esset controversia de usu opinionis aeque vel minus probabilis pro libertate: quae tamen in dies crebrescere in scholis catholicis videtur, interim Apostolica sede utrique parti suam tueri sententiam permittente, ut inferius expendemus, ergo &c.

90 Quae ut intelligantur, duplex distinguendum dictamen, directum unum, reflexum alterum. Directum illud est, quod enunciat aliquid de objecto, seu de illius veritate, prout est in se, et ex parte rei, seu dicit, hanc, vel illam actionem particularem in se esse licitam, vel honestam. V.g. Actio non servilis die festo licita est; sed pingere est actio non servilis; ergo die festo pingere licet. Reflexum autem illud est, quod pro suo objecto non habet rei veritatem, sed ipsum judicium directum prout in mente, et intellectu se habet, et super ejus rationem, et proprietates appellat: V.g. Si prudenter judico hic, et nunc mihi licere, certo hic, et nunc mihi licet facere; sed prudenter, idest ex motivo vere solido et gravi potente movere ad assensum virum gravem, ac prudentem judico hic, et nunc mihi licere die festo pingere; ergo hic, et nunc die festo mihi pingere licet. Ex quo patet discrimen inter dictamen directum, et reflexum esse, quod directum super veritatem appellat, eamque enunciat; contra vero reflexum super actus prudentiam appellat, eamque enunciat ex supposita probabilitate judicii directi, quam bene dicit. Hinc mirum esse non debet, dictamen reflexum posse esse moraliter certum, quin tale sit dictamen directum, sicuti per plures Theologos absurdum non est dicere religionem nostram catholicam esse evidenter credibilem, attamen non esse evidenter veram, quia videlicet adsunt momenta quae eam reddunt evidenter credibilem, et necessario credendam; quin per eos Theologos momenta adsint ex quibus evidenter vera appareat; sic ergo mirum esse non debet adesse momenta, et rationes suadentes prudentiam alicujus actionis, et quidem tanquam certam; quin adsint momenta, et rationes suadentes certo veritatem, seu objectivam honestatem objecti, seu actionis faciendae prout est in se, et a parte rei. Hanc veritatem ostendunt exempla passim obvia in Theologia morali. Sic certum judicium practicum, quo hic, et nunc judico tenendum hominem tanquam probum, tanquam innocentem &c. ac providendum mores ac judicandum de ejus innocentia, et de eleemosyna eroganda est moraliter certum, licet speculativum judicium sit incertum, et aliquando vix probabile.

Et tamen reflexum non tenetur vi propria probabilis, [illegible] tanquam [illegible] non vero tanquam [illegible] quo [illegible]

Hinc patet, quenam sint constitutiva judicij practici reflexi; volens scilicet operari sequendo opinionem tantum probabilem, in primis de ejus vera, et solida probabilitate certiorari debet. at hoc non sufficit, quia tunc Dictamen non erit moraliter certum, quod tamen requiri ostendemus: sed debet invenire principium aliquod moraliter certum, qualia sunt sequentia: Quod hic, et nunc mihi licere prudenter judico, illud hic, et nunc certo mihi operari licet: Sed actio hic, et nunc mihi est licita, quam hic, et nunc mihi licitam esse prudenter judico. Sed operatio hic, et nunc mihi licet, quam hic, et nunc nulla lege mihi prohiberi prudenter judico: &c. Quo peracto applicare debet principium ad opus illud particulare enuntiando prudentiam, seu existentiam motivi gravis predictae opinionis probabilis ac deinde inferre judicium practicum et tali modo judicium practicum non ex premissis, vel ex premissa tantum probabili, sed ambabus moraliter certis infertur, ut meditanti patet.

§. 2. De Dictamine practico ad licitam operationem necessario

52 Propositio. Ultimum practicum dictamen conscientiae debet esse saltem moraliter certum, ut operatio ex tali dictamine orta sit licita, et honesta. Ita communiter Doctores cum Cardena in 1. Crisi Dist. 15. Cap. 4. num. 238. contra Vasquez, Sanchez, aliosque opinantes sufficere dictamen saltem probabilius de honestate operationis, quos Theologos, ait Modernus Theologus, conciliandos esse inter se, dicendo, illos loqui de dictamine ultimo practico operationis licitae, etiam habito respectu ad ultimam circumstantiam persuasionis prudentis honestatis operis; Posteriores autem de dictamine speculativo proponente operis honestatem in se generatim consideratam. Immo, teste Antoine, propositio haec est ita communis, ut forte nullus quovam dissentiat. Prob. Ne actio aliqua, aut omissio homini modo operanti imputetur ad culpam Theologicam, procedere debet ex judicio ultimo practico moraliter vero, seu recto, firmo, stabili, ac prudenti, quodque excludat omne periculum formaliter peccandi, juxta illud Eccles. 37. V. 20. Ante omnia opera tua verbum verax praecedat te, et ante omnem actum consilium stabile. et illud Rom. 14. V. 23. Omne quod non est ex fide peccatum est: ex certa scilicet persuasione, ut communiter exponunt Theologi: Et illud Eccles. 3. Qui amat periculum peribit in illo; sed judicium ultimum practicum moraliter verum, seu rectum, firmum stabile, ac prudens, excludensque omne periculum formaliter peccandi esse non potest nonnisi judicium, seu dictamen ultimum practicum saltem moraliter certum. si enim non sit moraliter certum non excludit quodcumque prudens dubium, ac formidinem de opposito, ut patet. ergo &c. His accedit auctoritas S. Thomae Quodlib. 8. A. 15. in C., ubi ad conscientiam requirit, ut in nulla dubitatione adducatur: et 1. 2. Q. 19. A. 5. vocat conscientiam applicationem scientiae ad actum, et de Veritate Q. 17. A. 2. ad 2. Dicit conscientiam includere scientiam. Porro haec dici non possent de conscientia, nisi ejus dictamen saltem esset moraliter certum, ut recogitanti patet, dictamen ergo conscientiae debet esse &c.

93. Confirmatur: Dictamen ultimum practicum conscientiae est tribunal ultimum, et irrefragabile, coram quo homo sine ulla prudenti hesitatione, ac formidine vel tanquam innocens absolvatur, vel tanquam reus condemnetur; sed dictamen ultimo practicum tantum probabile non sit esse tale tribunal; ergo debet. Major est, et continet doctrinam Apostoli tanquam judicem sui conscientiam asserentis, ac propterea 2. Chorin. 1. V. 12 dicentis: Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae; unde S. Patres, ut Basilius conscientiam vocat naturale judicatorium esse, et S. Joannes Chrysostomus testem fidelissimum dicit. Minor autem per se est manifesta: si enim conscientiae dictamen esset tantum probabile, utpote cum probabilitas prudens dubium de opposito non excludat, illud possit merito negari, aut saltem ejus tribunal standi debitum non esset, ergo conscientiae dictamen debet esse moraliter certum. Cui doctrina consonat Cap. per tuas 2. de Simonia, ubi dicitur peccatum esse operari contra conscientiam scrupulosam, nisi prius scrupulus deponatur, sive contemnatur: et Capit. Inquisitioni 44 de Sent. excom. decernenti, quod conjux habens conscientiam ex credulitate levi, ac temeraria de impedimento suum matrimonium dirimente possit petere debitum, si tamen ad Pastoris sui consilium, vel aliter ex toto dat credulitatem illam levem, ac temerariam; ergo a fortiori habens dictamen tantum probabile, practicum nempe, et ultimum non poterit licite agere, cum pro opposita parte non solum scrupulus, aut levis, et temeraria credulitas, sed verum dubium stare possit; ergo dictamen ultimum practicum conscientiae ad minus debet esse moraliter certum.

94. Pro praxi duo hic diligenter notabis. Primum est, quod juxta me supra dicta dictamen ultimum practicum conscientiae debere esse saltem moraliter certum. Cum enim ex una parte impossibile sit de omnibus agibilibus habere dictamina Physice, et a fortiori metaphysice certa, et ex altera certum sit, Deum impossibilia non imperare, ut constat ex propositione (perperam) ordine prima, primum ab Innocentio X deinde ab Alexandro VII, et iterum a Clemente XI damnata, quae est hujus tenoris = Aliqua Dei praecepta hominibus justis volentibus, et conantibus, secundum praesentes, quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant = jam certum (debet) esse certitudine Physica, et metaphysica ad licite operandum non requiri, ut merito docet communissima Theologorum sententia, ut dicemus de opinione probabili; sed sufficere certitudinem moralem de liceitate, et honestate actionis, adeoque dictamen moraliter certum; et merito, quia ubi adest certitudo moralis non manet amplius locus dubio prudenti de opposito. Et haec doctrina intime cohaeret dictis num. 29, quae relegas, ut ad rem praesentem faciant.

Alterum est, ad licite eliciendam actionem aliquam non requiri, ut dictamen illud actu formale, et explicito fiat, sed sufficit virtualiter, et modo implicito, ac veluti in actu exercito habere, seu quod homo operari volens sciat, et sibi persuadeat licitum esse in rebus, quae sunt vere, et solide probabilem, aut probabiliorem, sciat item non eligere nisi dictamen practicum ultimum saltem reflexum moraliter certum. Hoc ipso enim saltem virtualiter illud efformat, et de facto in actu veluti exercito habet. Hoc autem omnino diligenter notabis, quia in exercitatione ... sunt

95. Opponescunt P. Elizalde nonnulla argumenta
petita ab auctoritate S. Thomæ, et à ratione. S. Thomas 1. 2. q. 96 A. 1. cum
sibi objecisset, legem humanam, utpote mensuram actionum humanarum, debere
esse certissimam, ad 3um respondens ait = Ad 3tium dicendum, quod non est
eadem certitudo quærenda in omnibus, ut in 1. Ethic. dicitur unde in rebus
contingentibus, sicut sunt naturalia, et res humanæ, sufficit talis certitudo
ut aliquid sit verum, ut in pluribus, licet interdum deficiat in pau-
cioribus = Atque adeò juxta S. Thomam sufficit probabiliter esse justam, humanam
legem, ut ei parere teneamur; sed quod de ipsa lege dicitur,
æquè, aut magis valet de conscientiæ dictamine utpote in ipsa
lege fundato; ergo &c. A ratione autem sic argumentantur. Si ad lici-
tè operandum præsequireretur dictamen moraliter certum de lice-
itate, et honestate operationis, jam sequeretur, quod non solum non
peccaremus talem actionem ponendo, sed etiam faceremus
actionem bonam, et honestam, ac æternæ vitæ meritoriam, ac pro-
inde certi essemus, nos esse in statu gratiæ cum actio meritoria
æternæ vitæ poni non possit nisi ab habente statum gratiæ. Quod
est contra Scripturam dicentem nescire hominem an amore, an odio
dignus sit, et contra Tridentinum Sess. 6. Cap. 9. et 12. docens, hominem
nescire se esse in gratia, et prædestinatum modo absque speciali re-
velatione; ergo &c. Sequella patet: qui enim sequitur dictamen con-
scientiæ moraliter certæ bonum opus facit, ut dictum est num.
28.... Sequeretur 2do, quod amplius non darentur peccata du-
bia, occulta, scrupuli: dictamen enim certum excludit hæc om-
nia; sed hoc dici non fit; ergo &c.

96. Respondeo ad primum admissa S. Doctoris auctori-
tate nego num. et ratio disparitatis est; quia licet tantum probabi-
liter sit operanti legem humanam justam esse, adhuc juxta eam potest
sibi per dictamen reflexum proponere tanquam certò licitam
operationem à lege illa præceptam se ad moralia principia
convertendo, dicendo v. g. Mihi standum est pro auctoritate
superioris, quoties mihi non constat malum præcipere, quinimo
prudenter judico justa mandare; sed hic, et nunc mihi non
constat, superiorem injusta, et mala præcipere, quinimo pru-
denter judico justa mandare; ergo &c. Contra si dictamen
ultimum practicum, neque directum, neque reflexum est moraliter
certum, nullo modo tanquam certò licitam actionem faciendam
proponere mihi possum. Non est eadem ergo ratio de lege humana,
et de conscientiæ dictamine.

97. Ad 2dum à ratione petitum nego sequelam ma-
joris. Nam licet omitti possit, se tunc certò non esse posse, quinimo
certi simus si etiam ex motivo virtutis v. g. Charitatis, justitiæ,
temperantiæ &c. et non ex alio motivo malo operati sumus,
inquam, certi simus, opus illud esse bonum, et honestum in ordine
naturali, certi tamen non sumus, opus illud bonum esse in ordine su-
pernaturali, ac æternæ vitæ meritorium: quia videlicet alias fortè
nimis operati sumus cum dubio, aut temeritate, aut ignorantia
vincibili, ac etiam cum positiva malitia; ac proinde nescimus
an semper bene fecerimus, ac si malum fecimus, an pro meri-
to doluerimus de peccatis, ac dignè pœnitentiæ sacramentum
susceperimus, et hinc an simus in statu peccati, an in statu
gratiæ. Qui tamen 2dus status requiritur ad opus æternæ vitæ meri-
torium, sicuti et gratia supernaturalis, ex quo procedat opus, ac etiam
motivum supernaturale: quæ omnia ignoramus; ut hinc verum sit, quod
ajebat Apostolus 1. Chorin. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non

non in hoc justificatus sum, ac aliud quod ex scripturis, et Sshd.[?] in minor adversarius asserebat. Neq; dicas: saltem quis certus esse, potest se esse in gratia
98 pro casu, quo semper ex dictamine moraliter certo operatus est: certus enim est, se nunquam post baptismum peccasse: hoc neq; asserendum videtur, cum scripturae indiscriminatim loquantur de incertitudine status gratiae ac peccati; ergo &c. Respondeo enim meum non esse, quod dato uno impossibili sequantur caetera. Difficultas, ne dicam, moralis impossibilitas est in casu; quo certe supposito negare non auderem, sic operantem se scire esse in gratia, sicuti certe dicendum videtur de BB. Virgine semper bonum agente, ac proinde se placere Deo sciente. Quare casus hic non videtur comprehendi, utpote rarissimus sub generali revelatione: Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit.
99 Ad tertium pariter nego sequelam: et primo quod attinet ad peccata occulta patet ex eo, quod in primis plerumque peccata et peccatorum obliviscimur, ac etiam aliquando nimis nobismetipsis indulgentes possumus credere operari cum conscientia recta, dum intentalis non est; vel vere credere per ignorantiam invincibilem 102
bilem, dein vincibilis, et coram Deo culpabilis fuit: Quoad dubia vero, hae oriri jam possunt ex multiplici fonte; et primo ex eo, quod non semper perceptibiliter formemus dictamen reflexum, ut deinde sciamus ac recordemur cum tali dictamine operatos fuisse: 2do, quia saepe operamur cum timore malitiae peccati, ratione cujus timoris postea oritur, ut de peccato etiam forti timeamus: 3tio, ut alia omittam, quia plerumque nescimus, an tentationibus restiterimus, quod non sufficit ad cavendam culpam: Quantum vero ad scrupulos, hi facilius locum habent; utpote cum hi consistant in levibus apprehensionibus, habere locum possunt cum ipsa morali certitudine, de cujus ratione non est excludere omnis dubium prudens, et grave; sed non vero vanas quasdam anxietates.
100 Opponens 2do plura simul. Primo eadem actio semel et semel eidem intellectui non fit exhibere tanquam certo licita, et tanquam probabiliter illicita: certitudo quippe omne prudens dubium de opposito excludit: sed si in probabilibus requireretur judicium practicum certum de liceitate actionis eadem actio posset exhiberi eidem intellectui simul et semel tanquam certo licita, et probabiliter illicita: Posset siquidem efformare hoc duo judicia. Certus sum hanc actionem hic, et nunc mihi prohibitam non esse: Sed et nunc mihi probabile est, hanc actionem prohibitam esse, ergo &c. 103
Secundo. Ideo absq; judicio practico moraliter certo de liceitate actionis non liceret operando procedere, quia in casibus non praeparentur periculum formaliter peccandi, sed hoc falsum est, et primo quia ad cavendum periculum formaliter peccandi sufficit permittere eam diligentiam, quam res ipsa exigit [et diligentia ipsa ... [illegible]]. Porro in casu, quo cum ad solam probabilitatem devenimus, eam praemisimus diligentiam, quam res ipsa exigit ac etiam tunc actionem tanquam honestam judicamus. 2do quia tunc praeparatur periculum peccandi tantum cum prudenter judicamus rem non esse prohibitam: cum autem habemus judicium saltem probabile de honestate operis, prudenter judicamus opus non esse prohibitum; ergo &c.
Tertio. Operans ex ignorantia invincibili, ut 104
supra ostensum est, seu ex conscientia invincibiliter erronea non peccat; sed tali ductus conscientia non habet dictamen moraliter certum, quia dictamen certo, et ex conscientia invincibiliter erronea ne quidem verum est; ergo &c.
Tandem Missionarius licite adit Barbaros, motus spe conversionis illorum, licet solum probabiliter tantum judicat se non peccatum non inducendi, quod iterum dic de chirurgo in

occultis partibus medentis: item de medico adhibente medicamenta dubia, cum certa desunt, quamvis primus tantum probabiliter judicet, se restitutum tentationibus; alter vero tantum probabiliter fructum, seu sanitatem aegroti speret; ergo &c.

Respondeo ad primum dato minori eadem actio simul, et semel eidem intellectui sub iisdem motivis, ac sub eadem ratione non potest exhiberi tanquam certo licita, et tanquam probabiliter illicita concedo minorem: sub diversis motivis, ac sub diversa ratione nego minorem, et cum propositione distincta minora nego consequentiam. In probabilismo vel attendimus motiva judicii directi, vel judicii reflexi si primum eadem actio poterit apparere tanquam probabiliter illicita si secundum et tanquam moraliter certo licita, ut patet ex numero 90. In hoc autem nulla est contradictio, quia non habetur affirmatio, et negatio ejusdem de eodem secundum idem. Sicuti nulla est repugnantia, quod haec propositio Deus existit sit objectum scientiae, et fidei sub diversa tamen ratione, seu attentis diversis motivis, scilicet divina revelatione, et naturali ratione.

102 Ad secundum omissa causali, utpote quae adaequatum ejus fundamentum non amplectitur, nego minorem; ad hujus probationem distinguo inter judicium proxime, et immediate dirigens, ac inter judicium remote, et mediate tantum ad operandum dirigens; et concedo, eum, qui in obscuris probabilitatem vere solidam, ac vere gravem assecutus est, praemissa diligentia sufficientem ad judicium mediate, ac remote ad operandum dirigens, secus vero ad judicium immediate, ac proxime ad operationem dirigens, sicuti et concedo tunc judicari posse actionem tanquam probabiliter licitam; secus vero tanquam certo licitam. Si enim judicium est tantum probabile aut probabilius, relinquit prudens dubium de liceitate, et honestate actionis, cum probabilitas non tollat, et excludat probabilitatem de opposito, ac proinde operans ex judicio tantum probabili, aut probabiliori de honestate actionis cum dubio agit, et sic non evitat periculum formaliter peccandi. Hinc ad secundam propositionem minoris probationem dico, quod licet judicium probabile secundum se, et nullis circumstantiis prudentiam alterantibus, sit judicium prudens; tamen additis circumstantiis, ut in casu, cum nempe est judicium proxime movens ad operandum, non est judicium prudens, utpote non excludens omne dubium prudens de illiceitate actionis.

103 Ad tertium concessa majori nego minorem operans enim ex conscientia invincibiliter erronea praeter judicium directum, tale V. G. hoc Licitum est mentiri, quando mentiendo fit impeditivum injusti homicidii, sed hic et nunc mentiendo fit impeditivum injusti homicidii; ergo hic, et nunc mentiendum, seu licitum est mentiri inquam, praeter illud judicium directum, saltem implicite, et virtualiter habet hoc alterum reflexum: Mentiens quando invincibiliter judicat esse mentiendum, non peccat, sed hic, et nunc judico invincibiliter mentiendum esse pro impediendo homicidio injusto, ergo hic, et nunc non pecco mentiendo. Atque hoc judicium, quo in casu mentiens tanquam regula proxima dirigitur, et est verum, et est moraliter certum.

104 Ad ultimum dico, Missionarium, Chirurgum, et Medicum non ideo non peccare, quia judicio illo probabili proxime diriguntur, sed quia sibi efformant dictamina reflexa moraliter certa. Missionarius quidem hoc, aut aequivalens: Licet se exponere pro salute spirituali proximi periculo remoto necandi, maxime cum speramus merito specialia Dei auxilia; sed

hic, et nunc me expono periculo remoto, pro salute spirituali pro-
ximi, et merito spero specialius Dei auxilium, ergo &c. Simile sibi
efformat Chirurgus. Medicus autem hoc ducitur dictamine. Vbi
desunt remedia certa, honestum est 2dum regulas artis adhibere
incerta, quæ desperatis sæpè profuerunt, sed hic, et nunc sum
in tali casu; ergo &c. Quæ dictamina sunt moraliter certa.

Ad nonnulla alia solvenda, notabis primò, etiam
105 rudes suo modo sibi possibili, licet confuso sua dictamina mo-
raliter certa efformare: Interroganti enim, cur hoc, vel illud
faciant, promptè respondent: Quia hoc peccatum non est. Quia
bonum opus est. Et ecce suum dictamen moraliter certum, et quo
modo in suis actibus non peccant. Notabis 2dò, hominem bonâ
fide operantem, ac legis divinæ studiosum posse esse saltem negati-
ve certum, se in suis actionibus non procedere ex persuasione solùm
culpabili; sicuti et per adversarios admitti debet, cum quis di-
ctamen probabilius sequitur, nec affirmant et hunc contra
peccare: et hinc corruit argumentum Gonzalez. Notabis tertio,
et ultimò, dictamen moraliter certum ità afulgere debere ope-
ranti, ut si vel hoc tantum desit, utpote cum sit regula pro-
xima moralitatis actus, hoc ipso actio sit mala, juxta illud
Bonum ex integra causa: malum ex quolibet defectu. Et hinc ce-
dit sequens paritas. Vt opus sit malum, non requiritur, ut dicta-
men de malitia sit moraliter certum; ergo neque, ut sit bo-
num requiritur, ut dictamen de bonitate sit moraliter certum.
Sed jam ad conscientiam dubiam, et perplexam.

Articulus Secundus.

De conscientia dubia, et perplexa.

§. I. De dubij naturâ, ejusque divisione.

106 Dubium est suspensio intellectus non potentis se deter-
minare pro alterutra contradictionis parte, adeóq; veluti in
æquilibrio hærentis inter duo contradictoria, aut contraria
ipsi proposita, quin alterutri parti assentiatur, aut dissentiat.
Quare dubium consistendi non debet cum apprehensione utriusq;
oppositæ partis, neque cum mera veritatis inquisitione
in hoc vel illa parte, quia sæpis ~~[illegible]~~ qui in rebus fidei
tentantur, et etiam pro sua instructione de veritatibus re-
ligionis inquirant, hoc ipso de fide dubius esset, ac peccaret.
Quod non est dicendum. Dubium enim propriè tale apprehensio-
ni, et inquisitioni in utramque partem superaddit aliquam
dispositionem animi, qua ità ferimur in rem propositam
vel saltem virtualiter reputamus rem esse incertam, ac proin-
de à judicio abstinendum. Et per hoc patet, quid sit conscientia
dubia. Conscientia scilicet dubia tunc habetur, quando intellectus
ità anceps, et incertus manet, ut veluti fluctuet inter oppos-
ta extrema, quin uni determinatæ parti tanquam veræ, aut
falsæ assensum, aut dissensum præbeat, quia rem incertam
judicat.

Et hoc dubium bifariam contingere potest.
107. Primò ex defectu motivi sufficientis ad judicandum, cum scilicet
intellectus ob insufficientiam motivorum ad assensum moven-
tium fluctuat inter extrema opposita. Et tunc tale dubium
vocatur negativum, quod certè distinguitur à pura nescientia

Hoc enim habetur, cum pro neutra parte habentur motiva, nisi valde levia pro assensu, aut dissensu V.g. pro his judicijs; stellæ cæli sunt pares: stellæ cæli sunt impares: In dubio autem negativo proprie dicto vel talia motiva levia habentur, vel superadditur fluctuatio, et tanquam incerta res saltem virtualiter judicatur. Secundo id contingere fit, vel ex eo, quod motiva licet sint gravia, tamen intellectus hæret, et anceps manet vel propter eorum æqualem vim moventem, vel ratione voluntatis nolentis intellectum applicari, licet motiva sint inæqualia. Et tunc dicitur dubium positivum.

28 Insuper dubium dividitur in dubium juris, et dubium facti, in speculativum, et practicum. Dubium juris est, quo dubitatur de jure aliquo, lege, præcepto, statuto, consuetudine, vel quacunque obligatione. V.g. dubitatur, an lex lata fuerit a legislatore; an fuerit promulgata; an hunc, vel illum casum comprehendat; an hic et nunc in his aut illis circumstantijs obligat, vel an vero nulla tali lege, præcepto [illegible] libertas ligata sit. Cui dubij generi plures subjunt dubium de valore actus, videlicet cum dubitatur, an Baptismus collatus in aqua rosacea sit validus; an talis contractus sit usurarius. Dubium facti est, cum de existentia alicujus facti dubitatur V.g. an homicidium sit secutum, an Horæ canonicæ sint recitatæ; an votum fuerit emissum, an peccatum sit confessum. Sed Et hoc facti dubium aliquando mixtum esse fit cum dubio juris, adeo ut et simul sit dubium facti, et dubium juris, ut si quis dubitaret an votum emiserit, an matrimonium legitime contraxerit, hic ac proinde dubitet an teneretur votum adimplere, debitum reddere, ac etiam illud petere possit.

29 Dubium autem speculativum illud est, quod versatur circa rem præscindendo ab ejus operatione, vel saltem a circumstantijs, quæ actionem ipsam comitari solent. Ut si quis dubitaret An baptismus collatus in nomine Christi sit validus? An testamentum carens solemnitatibus a jure requisitis sit validum? An qui percusserit clericum non gestantem clericalem habitum, in excommunicationem inciderit. Sed Dubium vero practicum est, quod versatur circa rem affectam omnibus circumstantijs, seu prout hic, et nunc operabilem, et in praxi exercendam. V.g. An hic et nunc liceat abstinere a sacro hoc die festo? hic et nunc tenear jejunare? hic, et nunc debeam rem hanc restituere? Sed Ubi obiter notandum est, quod licet dubium speculativum non semper inferat dubium practicum, ut patet vel ex eo, quod quamvis quis speculative dubius sit, an baptismus collatus in aqua rosacea sit validus, tamen in praxi in casu nempe quo urgeat necessitas baptizandi, et naturalis aqua haberi nequeat, est moraliter certus de liceitate talis baptismi. Hoc idem dic de dubitante de valore sui matrimonij, de possessore bonæ fidei dubitante, an res ab ipso possessa aliena sit quorum unus certus redditu reddere tenetur; alter vero restituere non tenetur Attamen tanquam certum habendum est, ad licite operandum contra tale dubium, ac licite illud deponendum in praxi requiri rationem aliquam gravem, et efficacem, quæ tale dubium deponat, ac practice se resolvat. Alias enim contra rationem operaretur, ut meditanti patet: sicuti et requiri, ut dubium

illud speculativum sit invincibile, scilicet quod præmissum sit debitum examen ad rei veritatem dignoscendam, eaque dignosci non potuerit per moralem diligentiam adhibitam. His diligenter notatis, ac memoriæ mandatis ad controversiam de dubio, seu melius conscientia dubia descendamus.

Super conscientia dubia quæri solet à Doctoribus primò, qualiter peccat, qui cum tali conscientia operatur, ac quomodo ea deponenda sit: 2do, quam partem amplecti debeat, cui etiam post præmissum necessarium examen ad rei veritatem dignoscendam adhuc dubium perseverat. Et hinc quomodo intelligenda sint canonica principia: In dubiis tutior pars est eligenda. In dubio melior est conditio possidentis: In dubiis non præsumitur factum. 12:

§. 2. Resolvitur primæ difficultas.

110 Propositio. Non licet operari cum conscientia practicè dubia de honestate, aut inhonestate operis, seu actionis hic et nunc faciendæ: ac proinde taliter operans semper peccat pro ratione materiæ ac dubii. Est certissima apud omnes sententia, quæ 13 patere debet ex dictis num. 92. et 93. quoad primam partem. quoad alteram verò ex dictis sub numeris 41; 42; 43; et 44. Et ulterius probatur hæc posterior quoad primam partem. Operans ex conscientia practicè dubia exponit se formali, seu morali periculo violandi præceptum, ac legem Dei, neque operatur ex certa persuasione liceitatis, ac honestatis sui operis, patet de se, et propositio: sed qui operando se exponit formali, seu morali periculo violandi præceptum et legem Dei certò peccat juxta illud Ecclesiastici 3. Qui amat periculum in illo peribit: item qui non operatur ex certa persuasione liceitatis, ac honestatis sui operis certò peccat juxta illud Apostoli Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est; ergo &c. Accedit, quòd is, qui cum tali conscientia agit, parvi facit amicitiam Dei, quæ certè exigit, ne præferamus voluntatem, atque commodum nostrum ejus voluntati, ac suæ legis observantiæ; operans autem cum conscientia dubia præfert voluntatem, ac commodum suum voluntati Dei, ac ejus legis observantiæ, siquidem in pari casu semetipsum præfert; agit ergo contra Dei amicitiam; ergo peccat.

111 Hinc fit, etiam operantem cum conscientia speculativè dubia peccare, nisi prius talem conscientiam ex-[illegible], solidaque ratione deponat, sibique dictamen morale certum, et ultimò practicum efformet. Dubium enim speculativum regulariter secum trahit dubium practicum, nisi ex aliqua 14 circumstantia deponatur. Sic ex-quo Baptismus in aqua [illegible] [illegible] est speculativè dubius, est etiam practicè talis, nisi accedat circumstantia necessitatis, et carentia aquæ naturalis: Porro qui agit cum conscientia practicè dubia peccat; ergo &c.

Fit 2do, tali persistente dubio practico neminem operantem teneri vel se resolvere, et dubium deponere, vel verò tutiorem partem eligere, et in hoc sensu accipiendum est absolutum [illegible] principium: In dubiis tutior pars est eligenda. Quia videlicet tunc dubium deponatur, pars dubiis [illegible] parti, quæ tutior dicitur, opposita non [illegible] [illegible] Siliter [illegible] [illegible] non efformando dictamen moraliter certum, quod certe [illegible] [illegible] operandum requiritur, ut diximus [illegible] [illegible] [illegible] dubium speculativum perseveraret, nec per dictamen practicum morale [illegible] deponitur, quia etiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

relegas num.os citatos 41; 42, 43, et 44: quibus addas doctrinam num.i 46. non se obstringere videbitur multiplici peccati genere, qui cum dubio practico agit, quorum unum sit contra legem vetantem agere cum periculo formali peccati, alterum vero contra praeceptum prohibens peccatum, quod in dubio apprehenditur, quia nempe eadem, et una est lex prohibens peccatum, ac formale illius periculum. Quod tamen cum aliqua exceptione intelligas, ut est in casu, quo quis tenetur speciali praecepto ad aliquid addiscendum, ut sunt mysteria fidei, decalogi praecepta, proprii status munera, seu obligationes &c. Qui enim haec negligit discere, ac deinde cum dubio operatur duplici se obstringit culpa.

12\. Neque dicas. Quis licite eligit exercitium unius contradictoriarum partis, etiam quando utraque est vere, et solide, et etiam aeque probabilis, ut Probabilistae docent; sed in casu taliter operans est positive, et practice dubius; ergo &c. Respondeo et dico, neque Probabilistas concedere, posse aliquem licite eligere alterum ex contradictoriis utrinque solide, aut etiam aeque probabilibus, nisi practice se resolvat per dictamen moraliter certum, scilicet reflexivum, quale num.o 90 explicavimus et hinc argumentum nobis favet.

13\. Quaeres ergo quomodo dubitans practice se resolvere debeat, antequam operetur?

Respondeo, juxta Doctores omnes tum probabilistas, quam Probabilioristas haec duo necessario requiri. Primum est, quod dubium speculativum, seu practicum, quod habet, sit invincibile: idest tale, ut adhibita debita, et pro conditione personae, materiae ac circumstantiarum morali possibili diligentia in veritate inquirenda, qualem num.o 55: et 79, desupponimus, nihilominus dubium perseveret. 2dum est, quod, tali praemisso examine, ac omni affectu animi deposito, rationes et momenta, quae pro licitate, et honestate actus stant, expendat; adeo ut nisi vere gravia, ac solida sint, ac proinde prudentis assensum mereantur, ab actu abstinere eligat, sin vero talia invenerit, ad prudentia principia se convertat, ac suum dictamen practicum saltem reflexum efformet modo supra num.o 90. explicato, si partem benignam amplecti velit; si vero a lege stare velit, hoc vel aequivalens eliciat: dico, et nunc mihi licet facere, quod nulla lege mihi prohibetur, quinimo legi satis conforme, atque ob ipsa mihi praeceptum existimo, et prudenter judico, quod hic et nunc mihi licet operari, secundum audire &c. nulla lege mihi prohibitum est quinimo legi conforme, atque ab ipsa mihi praeceptum esse existimo et prudenter judico, ergo &c.

14\. Verum advertendum, Probabilioristas contendere, dictamen moraliter certum efformari non posse, adeoque neque operantem, seu dubitantem se practice resolvere posse pro parte benigna, seu libertati favente, ubi rationes et momenta sint aeque gravia tam pro, quam contra ipsam legem; quod a fortiori existimant ubi validiora sunt pro ipsa lege, licet caeteroquin et vere fortia, et valida sint quae pro libertate militant; concedentes solum pro libertate stare licitum esse, cum majora habentur pro ipsa momenta. Contrariam omnino sententiam Probabilistae totis viribus suam tuentes sententiam, ut infra videbimus. Quicquid interim de hoc sit, tanquam certum tene, resolutionem de qua loquimur, practicam esse debere, atque a prudentiae regulis derivari. Et ex his

§. 3. De electione partis tutioris.

115 Praesens difficultas exigit, ut ad trutinam, et examen revocetur principium, seu regula canonica: In dubijs tutior pars est eligenda, ante, et derivata ex Cap. Ad Audientiam de Homicidio, Cap. Significasti, Cap. Petitio tua pariter de homicidio, ubi statuitur, ut certo in irregularitatem incidisse, qui dubitat, se justa causam 18
homicidij jam secuti. Pro cujus axiomatis intelligentia, ut certo ab incertis secernantur, plura notare oportet, et primo, hic quaeri an praedictum principium importet praeceptum, an vero tantum consilium, adeo ut dubius de honestate, aut inhonestate operis faciendi licite, et prudenter se resolvere in dubijs nequeat, nisi tutiorem partem eligendo, et aliter faciens reus peccati fiat. Quod praefatum procedit de dubio positivo, de quo lorica tu disputare invario doctores. et aio maxime, quod negatio dubitans rationem gravem, et solidam non habet, unde pro libertate se resolvat quae, ratio gravis, et solida sane requiritur, ut supra ostendimus. Secundo notandum est, sententiam aliquam bifariam
116 dici posse tutiorem, positive nempe, seu absolute, et comparative. Primo est, et positive tutior dicitur, cum unica secura est, ut quando pro lege satis probabilis ratio habetur, nonnisi autem tenuis 19
et valde infirma pro libertate. Sive vero sententia comparative tutior dicitur, quando utraque quidem tuta est, sed ab utraque abest periculum formaliter peccandi, ita tamen ut una ex illis secundo etiam periculum materiale legem Dei violandi evitatur, sic sententia asserens sufficientiam attritionis ex solo poenarum metu, aut turpitudine peccati supernaturaliter cognita etiam absque amore initiali concepta, cum actuali sacramenti susceptione est tuta; attamen tutior est opposita requirens etiam amorem Dei initialem. Et in hoc sensu comparativo nempe, intelligendum est canonicum principium, quod et locum habere fit in casu, quo in utraque parte apprehenditur periculum peccati formalis, minus tamen in una quam in altera parte, ut patet cum sacerdos invitus 20
vel moribundus dubio perplexus, et dubitaret, se peccare tam administrando sacramentum ob suspicionem irreverentiae quam non administrando, quia ex charitate se ac [illegible] extrema, tunc in hoc casu eligenda ea pars est, in qua minus peccandi periculum apprehenditur juxta dicta num. 0? ac proinde sacramenti administrationem, cum hoc tanquam minus malum, ut revera est, quinimo nullum in re est, communiter apprehenditur ab indocto.
117 Et ex his fit, axioma illud, ut supra diximus, primo continere praeceptum in casu dubij practici, cum quis dubitans impotens est, aut non vult se resolvere, ac conscientiam dubiam deponere. Quod idem dic etiam, cum dubium est speculativum, et secum trahit dubium practicum. Ratio hujus est, quia nemo rationem habere conscientiam anticipitem, sed non moraliter certam quam ad licite operandum requiri ostendimus. 2do habere rationem praecepti, cum moralis diligentia ad dubium deponendum praemissa non est. Sicuti etiam cum vel sola lex est una solida tamen probabilis, nulla autem ratio gravis pro libertate militat, vel etiam cum certo lex nos ligat, et dubium est circa ablationem et solutionem ipsius obligationis, aut comprehensionis casus hujus, vel illius sub tali lege. Primum patet ex eo, quod

taliter operans est in culpabili negligentia se certiorandi de veritate, ac proinde ejus ignorantia culpabilis est, ac vincibilis, et hinc periculo peccandi formaliter se exponeret: 2do etiam quia imprudenter, idest absque ratione gravi contraveniret legi, ac contra ipsam operari vellet. Tandem et 3tio, quia in dubijs melior debet esse conditio possidentis, ut in sequentibus ostendemus.

18 Tertio pariter sequitur, predictum principium preponderare preceptum, quando pro una parte habetur possessio bonæ fidei, aut alius titulus, cui ipsa lex favet, pro altera vero parte nonnisi ratio militat. Sic in jure Canonico Cap. Dominus de secundis nuptijs statuitur, quod transiens ad secundas nuptias nondum certus de morte uxoris propriæ, adeoque solutionis primi matrimonij, quod erat, et forte adhuc est in possessione, graviter peccat, et evadat possessor malæ fidei in 2do matrimonio, ut proinde nequeat petere debitum, et si petat, contra justitiam prioris matrimonij peccat. Contra vero uxor quæ bona fide contraxit, etiamsi post diligens examen dubitare pergat debitum petere possit, ~~cui possit presumere pro matrimonij valore~~ usque dum constat oppositum. Quod tamen neque de ipsa dicendum foret si mala fide, idest cum dubio a principio contraxisset.

19 Sequitur 4o, citatam regulam esse preceptivam quando aliunde adverit preceptum tutiorem eligendi, v.g. si superior precipiat obediendum esse legi etiam incertæ, et dubiæ ad vitandum aliquod incomodum, cui obnoxia esse sit pars minus tuta. Ratio est, quia licet incomodum, quod in electione partis minus tutæ invenitur, de se non possit pendere obligationem sequendi tutiorem, ex justa causa tamen sit superior id precipere, et aliquando ad id precipiendum se teneri existimare. Et hoc pacto Theologi, et Canonistæ exponunt, et interpretantur Cap. Ad audientiam, Cap. Significasti, et Cap. Petitio tua, Tit. de Homicidio superius citata. Ubi addendum etiam preceptum esse sequendi tutiorem partem, si quis ad hanc voto, aut speciali contractu se obligaverit.

20 Sequitur tandem, axioma illud contrarie preceptum in ijs dubijs, ubi existimatio, ac bona fides non faciunt casum, sed aliunde est obligatio, et finis non aliter, quam per verum, et reale factum, obtineri sit; ut est in rebus necessarijs necessitate medij ad salutem, ut sunt fides, Baptismus, penitentia etc., item in administratione, aut susceptione sacramentorum, nec non porrectione medicinæ dispersione causæ, aut alijs hujusmodi casibus. At ratio est manifesta, quia licet quis invincibiliter ignoraret mysteria fidei, invincibiliter crederet se esse baptizatum, vitam suscepisse penitentiæ, sacramentum vero administrasse, aut suscepisse ipsa sacramenta cum debita materia, forma, intentione etc. si id tamen prestitum non fuit, revera non confert medium ad salutem necessarium. Baptismus, penitentia, aut aliud sacramentum, corporalis salus non consequitur etc. Atque ex his constat in relatis casibus partem tutiori oppositam practice tutam non esse, ac proinde si quæ ex ijs capitibus desumpta opponantur contra casus, in quibus utraque pars tuta esse sit, ad rem non esse. Quales casus sunt omnes ij, in quo existimatio facit casum; in quibus videlicet bonitas, aut malitia actus pendet ab ipsa conscientia recta, aut erronea, invincibili, aut vincibili etc. Atque ex his ad statum questionis, pro quo

121 Notandum est tertio, quod tanquam certum tenetur à Probabilistis, quod à probabilioristis supponi, et admitti certum est* praeceptum non esse sequendi tutiorem, quando vel sententia libertati favens est unica, solaque probabilis, aut probabilior; sententia autem legem asserens, et stimans vel non est probabilis, vel minus probabilis est; quia secus in damnatum Rigorismum, ut infra ostendemus, praeceps via aperiretur: Alterum est, in moralibus eam viam tutam dici, et esse, per quam periculum formaliter licet non materialiter peccandi excluditur; quod accidere, certum est, ubi invincibiliter, seu diligentia morali adhibita, malitia ignoratur, hancque solum in nostris moralibus actibus extra casus supra enumeratos sequi nos teneri quia secus ignorantia invincibilis à peccato non excusaret, quod ab ecclesia damnatum est in Jansenio. Huic commentum non est asserere, et teneri tanquam tutam sententiam aliquam licet ejus opposita tutior sit, et dicatur 2do, Controversia tota est hoc punctum devolvitur, an quando lex non est certa, sed dubia tantum, teneamur sequi tutiorem, seu stare pro lege, licet contra legem militent rationes graves, et momenta talia, ut si non ponerentur in illo conflictu, prudens esset, et etiam tutum stare pro libertate (intellige semper extra casus supra exceptos). Negante axioma illud sit de consilio tantum, et non de praecepto adeo ut habito illo dubio possit dubitans se prudenter resolvere ad benigniorem sequendam sententiam. Et in hoc acriter inter se pugnant Probabilioristae, et Probabilistae, primi praeceptum asserentes, alij vero tale praeceptum omnino Negantes. Sed quid in tanto conflictu agemus? Placet momenta utriusque afferre sententiae ut unusquisque, quod sibi verisimilius videbitur, eligat. Hic Primo sit sententia, et fundamenta Probabilioristarum.

* etiam nec Probabilioristas (a quibus et de Rigoristis tum vividis tamen mitibus, de quo infra)

XX et ibi quidem ut rationes illae et momenta in illo conflictu suum absolute pondus non amittant.

§ 4. Propositio, et sententia Probabilioristarum.

122 Axioma canonicum: In dubijs tutior pars est eligenda comparativè sumptum praeceptum continet etiam in materijs ubi agitur tantum de licito, aut illicito, et sententia libertati 123
favens non est unica probabilis, aut probabilior sententia stante pro lege. Ita Probabilioristae omnes.

Fundantur primo potiori ex auctoritate sacrorum canonum et SS. Patrum. Et primo Can. Ad audientiam, Cap. Significasti, et Capite tertio tuo de Homicidio summus Pontifex declarat clericum dubium de Homicidio ut à se patrato tanquam irregularem reputandum esse, ac proinde ab officio sacerdotali abstinere debere, allegans pro ratione, ac fundamento resolutionis praefatum principium, inquiens in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, ac proinde tanquam certum supponens illud praeceptum continere praeceptum: si enim tantum consilium contineret efficax non fuisset ratio, cum libertas, seu immunitas et irregularitate esset in possessione. 2do Cap. Illud de Clerico excommunicato ministrante, pronuntiat summus Pontifex, deponendum esse, si ante absolutionem ministravit licet ex sola fama sua, et communicationis consius fuisset, ac verumtamen non omnino certus, reddita ibi ratione: Quia in dubiis via tutior est eligenda, et si de lata in eum sententia dubitaverit debuerat potius se abstinere, quam sacramenta ministrare. Porro si esset solum de consilio in dubijs tutiora eligere non ita se gessisset summus Pontifex, propter rationem allatam talem ...

1 Innocentius III
et Gregorius IX.

Innocentius III
[illegible]

adeo gravem injungendo, ut poena gravis gravi delicto supponat,
quod non comittitur opera de consilio tamen non exequendo. 3tiô
Cap. juvenis de sponsalib. Alexander III. decernit, juvenem, qui puel-
lam nondum septennem duxit, sponsalia ut ipsa contrahendo, ac forte
consumare tentavit, nec potuit, ac postea vel quia puella illa
mortua fuit, vel ab eo recessit, illius consobrinam duxit in ma-
trimonium, debere ab hoc posteriori matrimonio tanquam irrito
seu nullo separari ratione impedimenti publicae honestatis. quod
impedientantum jam dubium erat, eo quod dubia erant priora spon-
salia, utpote ante septennium contracta, ex quibus jam prohibitivum impe-
dimentum incurrendum erat. Addita ratio. Quia in ijs, quae dubia sunt
quod certius existimamus, tenere debemus: Verumverò nisi in dubijs
esset praeceptum tutiora sequendi, id statuere, et mandare non
potuisset praefatus summus Pontifex, cum, ut dixi, tale impedimen-
tum publicae honestatis dubium erat, ac aderant motiva gravia
credendi fuisse nulla, ex eo quia jam sponsalia ante septennium
nulla sint, nisi malitia aetatem suppleat, et supplere non
praesumatur, cum sit quid facti, nisi manifeste oppositum pro-
betur. ac sponsalia nulla defectu rationis, qui defectus ante sep-
tennium habetur, nullum impedimentum publicae honestatis indu-
cant; et secundum matrimonium pro validitate, pro quo certe judican-
dum erat, cum pro eo in casu dubij de valore standum sit juxta
cap. Licet et quodam de Testib. et Attestat. Si ergo dubium impe-
dimenti solvit matrimonium, vel saltem ejus induxit separationem,
à fortiori in dubio de lege, contra quem nulla lex est, pro ea
standum erit. Quo respexit Clemens V. Cap. exivi de Verb. Signif.
ubi in decisione quorumdam dubiorum ait: In ijs, quae ad sa-
lutem animae respiciunt, pars securior tenenda est. Quibus consonat
et S. Augus. Hom. 41, et refertur Cap. Si quis autem in fine,
de poenitent. Distinctione septima. inquiens Tene certum, dimitte
incertum. sed certum est stare pro lege in ejus dubio; ergo etc.

123 Fundam 2do ponunt hanc rationem. Primo. Constitutus
inter duo mala, quorum alterum est necessario eligendum, debet eli-
gere minus; ergo a fortiori cum dubium est, unum esse illicitum, alterum
verò certò licitum est, hoc debet eligi. 2do. Sequeretur in du-
bijs nunquam praeceptum esse tutiorem. cum semper dici posset
libertatem possidere; hoc autem certò falsum est, ut patet ex
dictis in apparatu; ergo etc. 3tiô Quando de facto aliquo dubi-
tatur, an ei annexa est aliqua obligatio juris naturalis, aut positi-
vi, debet necessario dubitare de liceitate talis facti; ergo
et quando dubitatur de jure; sed qui dubitat de liceitate
aut illiceitate suae actionis, operando peccat, ergo tenetur tutiorem eli-
gere. 4to Omnis prudens in temporalibus negotijs eligit tutio-
rem partem. V. G. sciens viam A. securam esse à latronibus, ingrede-
retur viam B. asperando à latronibus infestam, imprudens esset.
item sciens medicinam hanc certò sanaturam relinqueret, et
sumeret probabiliter tantum sanaturam, suae vitae, merito iniquus
merito censeretur; ergo et qui viam tutiorem et certam suae
salutis aeternae desereret, et incertae se comitteret, quod certò
praestat, qui in dubijs pro libertate vult stare: 5tô. Quis à
longè videns aliquid se moveri, et dubitans an sit homo an
bellua, imprudenter agit, et reus homicidij fit, si sagittam jaculetur,

hominemq: occidat. Quod dic de Hortulano projiciente supra murum lapidem, ~~occidente~~; ergo a pari, si non a fortiori etc. Cto. Ex lege charitatis tenemur observare, quantum per vires nobis licet, Dei mandata: juxta preceptum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo etc.; sed hoc non praestat eligens minus tuta in conflictu tutiorum; ut patet; ergo etc. Tandem, ut alia omittam, Qui honeste vult operari, eam debet eligere opinionem, quae nullum dubitandi locum, saltem prudentem operanti relinquit; sed talis est sola opinio tutior; ergo etc. Haec sunt praecipua Probabilioristarum fundamenta in subjecta materia. Videamus Probabilistarum solutiones.

ac illam transeuntem hominem

§.5. Solutio rationum Probabilioristarum

125. Respondent ad primum Probabilistae, nempe ad Canonum, et legum auctoritatem, argumentum ab illis petitum satis esse infirmum, et quod attinet ad Capitulum Ad Audientiam, Capitulum Significasti, et Capitulum Petitio tua De Homicidio, reponunt, Praefatos summos Pontifices merito irregularitatis sententiam protulisse in Clericum de Homicidio voluntario dubium, non quia judicaverint in dubiis tutiorem esse praeceptum esse sequendam, sed quia prudentiae regulis satis consonum existimaverint, in dubio, praesertim in tali materia, nempe in qua reverentia divinis mysterijs debita id exigere videbatur, in dubio, inquam, tutiorem partem esse eligendam: Quod superiori satis est ad legem tanquam justam, et sub poena etiam obligatoriam condendam: Quippe cum ad legem condendam sufficit superiorem justa, ac rationabili causa moveri. Quod vero in canonibus praedicti Pontifices praedictum principium tanquam legem praecipientes tenuerint, patet vel ex eo, quod juxta jura ipsa in materiis, nempe ab irregularitate distinctis praedictum principium locum non habet. Sic siquidem jura clamant in dubio delicti reum absolvendum esse, ut habetur regula Favorabiliores 168 ff. de regul. juris, et regula Cum sunt eodem tit. in 6, ubi habetur Cum sunt jura partium obscura, reo favendum est potius, quam actori: et Regula juris 49 in 6. In poenis benignior est interpretatio facienda. et Regula 15 juris in 6. Odia restringi, et favores convenit ampliari. Et proinde Doctores, inter quos Sanchez Lib. 1 in Decalogum Cap. 10, docent, dubitantem post moralem adhibitam diligentiam de contracta excommunicatione, aut alia censura, vel etiam irregularitate tam in dubio juris, quam in dubio facti liberum a censuris judicandum esse, excepta ea quae est ex Homicidio effectu jam secuto seu certitudine de Homicidio habita, et dubio versante circa causam ejus homicidii secuti. Et hinc patet, quomodo relatum in objectis canonibus reponendum esse inter eos de quibus Lib. 1. Decretal.

nempe ex homicidio contracta

126. Ad Capit. Illud De Clerico excomm. reponendum episcopum illum de quo ibi Innocentius III. loquitur, non ideo deponendum fuisse, quia in dubijs juxta sensum praesentis difficultatis tutiorem non elegerit partem, sed quia non praemissa sufficienti diligentia ad veritatem inquirendam ad investigandum videlicet, an Episcopus Magdeburgensis cui summus Pontifex mandaverat, ut eum moneret, ut, nisi intra viginti dies ad ecclesiam suam quam sine licentia summi Pontificis reliquerat, alienamque inhabitaverat rediret publice excommunicandus foret, in eum jus ferendi haberet excommunicationem,

excommunicationis sententiam, qua deinde in eum sententia lata, ac ad eum per famam delata, noluit ei obedire, sed divina etiam solemniter facere, et celebrare perrexit, nullo jam examine praemisso; ex quo patet Capitulum illud ad rem non facere; cum et nos concedamus, nisi quis prudenter se resolvat ad partem tutam, quae prudentia abest, dum debitum rei examen non praemittitur, tutiorem esse eligendam. Ad Capitulum juvenis de sponsalibus dicunt, illud

27. probare nimis, et etiam contra Adversarios; probat enim, etiam contra matrimonium, quod est in possessione, opinione obligatione, quae ex justitia est, dubium valoris praevalere debere: quod neque adversarii dicere audent. Quare Capitulum illud est difficillimae solutionis. Nihilominus Sanchez Lib. 1 in Decalogum Cap. 10 num. 15 relatis duabus responsionibus Doctorum, quarum prima est, quod stante dubio illo Pontifex voluit ob periculum esse judicare contra matrimonium in priorum sponsalium valorem, adeo ut deinde cessante dubio matrimonium posterius possideret: Altera vero est, quod matrimonium illud nondum erat consummatum, et ideo summum Pontificem justissime dissolutionem ejusdem dispensando, ut dissolveretur, Sanchez inquam, illis duabus responsionibus relatis, quas et ibidem solvit, primam nempe, quia et periculum erat, inveniebat in separatione, et dissolutione matrimonii propter justitiam redditionis debiti, secundam etiam, quia ne verbum quidem in dicto Capitulo habetur de consummatione, aut non consummatione, neque de dispensatione dicti matrimonii, alteram subdit solutionem, quae verior videtur. Erat itaque dubium non illud de sponsalium validitate, cum ipse conatus ad copulam in puella illa licet nondum septennio clara ostendebat malitiam supplere aetatem sicuti certum est supplere in ipso matrimonio, adeoque certum erat contraxisse praedictum juvenem impedimentum publicae honestatis, ut tradit Pagiontus in Capit. juvenis in fine. Tales enim conjecturae concurrerunt, ut plenam ostenderent malitiam. Quare summus Pontifex non dixit, ut dubiis tutius esse sequendum, nam tutius erat stare pro valore matrimonii; quia videlicet pro ejus valore semper standum est donec constet oppositum sed dixit, certius tenere debemus. Appellat autem priora sponsalia, quia non constabat praedictam puellam post septennium consensisse, vel etiam quia omnimoda certitudine non constabat modo necessario ante septennium consensisse. Constabat certitudine sufficienti ad judicanda valida ipsa sponsalia. ut proinde merito matrimonium cum consobrina dictae puellae, postmodum contractum nullum, et invalidum fuerit judicatum. Ex hinc patet rem nullitatis matrimonii fuisse unicam tutam, ac proinde non facere ad rem praesentem dictum capitulum.

Aiunt ex Panormitano, et communi, juvenem illum fuisse septennio majorem, et puellam illam fuisse septennio proximam et quando juvenis est septennio major, et puella proxima septennio, ac communiter tradunt, oriri impedimentum publicae honestatis, ideo conatus aliquo modo dubitandi sensum esse certo in casu nostro propter attentatum copulae.

128 Tandem quod attinet ad Clementem V, sunt qui exponunt verba ejusdem consilium, non autem Praeceptum praescribere, ut vel patet ex verbis, quae ibi inseruntur de vitandis graves conscientiae remorsus, per severiorem quo rediderat impositum inducti, aut nimium delicati multi eorum sunt: vel etiam, quia inde secundum benignam partem solvit dubium jam ipsi propositum, quod erat: An praedicti Fratres Minores sub praecepto teneantur ad consilia Evangelica. Dici tamen dicendum sit, mentem summi Pontificis fuisse, in dubio practico nondum resolubiliter, et prudenter deposito, tutiorem esse eligendam; ut exponunt alii: quod Probabilistis non contrariatur ut dicto, a praesenti difficultate ex capitulo, ut num. 117. responderimus.

Ad verba ex S. Aug. objecta dicunt ea pariter exponenda esse de dubio practico, aut etiam de dubio attingente valorem actus, quia videlicet ubi agitur de valore actus V.G. sacramenti, medicina certa, seu tutior est in dubiis præferenda, ut pariter 120 annotavimus. Hinc

x ut consulunt tantum significant, vel etiam si respectu continereant ..

Cæterum Aug. in 120 loquitur de eo, ut ... qui ... ad ... vitæ, dicens quæ ... tenetur ... non ... pariter

Ad primum argumentum a ratione petitum concessa majori negant consequentiam. Responsio est, quia eligens majus malum in conflictu minoris mali, etiam dum alterutrum eligere debet, consentit, et vult expresse illum malitiam apprehensam, ac proinde in malum quod malum et vitabile consentit, illudque libere eligit: contra eligens, pensatis omnibus, diligentique præmisso examine, partem minus tutam in conflictu etiam tutioris vult, et eligit actum, quem sibi licitum, ac permissum prudenter judicat, ergo non peccat... Ad secundum negant majoris sequelam. Nam obligationem et ipsi sequendi tutiora concedunt in totis casibus supra in prænotatis expositis..... Ad tertium dicunt, neque in dubio facti, neque in dubio juris, in sensu difficultatis, sequi dubium practicum, quando præmissum est debitum examen, et attenta momenta contraria, quibus operans utique possit prudenter judicare non adesse præceptum obligans ad tutiorem partem eligendam.

130 Ad quartum omittunt alii, et negant consequentiam. Responsio est manifesta: Nam in casibus in argumenti allatis, aut aliis similibus, idem damnum sequitur, sive error meus sit vincibilis, aut invincibilis, sive formalis, sive materialis tantum, neque est aliquid, per quod removeatur periculum talis damni, V.G. opinio mea, qua judico viam non habere latrones, me non reddit securum, si revera in ea via habeat latrones, quia latrones removere non sit, neque facere ut sint latrones, quia latrones non noceant: è contra in via salutis, et in negotio animæ ubi agitur tantum de licito aut illicito, habeo aliquid, per quod removetur periculum damni, seu peccati formalis, quod solum vitare tenentur, quia supposita vera, ac solida probabilitate opinionis faventis libertati, et ignorantia invincibili legis contrariæ, prudenter efformo dictamen conscientiæ reflexum moraliter certum, ut diximus num. 89. 90. et 91.

131. Ad quintum respondent, argumentum probare nimis. Probat enim, quod sicut venator, etsi probabilius existimavit, à longe se moventem esse feram, nihilominus peccavit sagittam jaculando; ita et peccent probabiliorem eligens sententiam pro libertate stantem. Idem esse in casu Hortulani, cui certo lapide ... non licet, quamvis numerum illos transeuntem probabilius judicat. Hinc ... attingunt, quia videlicet in ... casibus ... sumus in materia, ubi existimatio non tollit casum seu opinio venatoris, et Hortulani non aufferat periculum ... vulnerandi, ... non possit, et ibi non sit ... opiniones etsi forte sint speculative probabiliores, ... probabiles quidem sunt: contra in casu præsenti ... simus in materia ubi existimatio tollit casum, seu opinio tollit periculum formaliter peccandi, dummodo sit prudens, seu gravibus, solidisque innixa rationibus. Cæterum et prædictus venator et Hortulanus ... rei veritate certiorari possunt, ... alter clamando contra ... in casu ... tatis in quo supponitur veritatem non posse inveniri. Hinc ignorantia venatoris, et Hortulani vincibilis est; secus vero ... ignorantia.

... tenentur ... ad ... movere ... charitatis ... in ... non ... secundo quia

132 Ad sextum pariter dicunt argumentum probare nimis quia secus et ... actus amoris ... teneremur. Quapropter concedunt nos teneri quoties ... gravem ...

cum moderamine tamen aliquo, observare Dei mandata, idest facere, quod volunt à Deo cognoscimus, et vitare, quidquid dictis oppositum est amentes, atque adeo, quo Deum offendi agnoscimus: negant tamen, nos tamen observare Dei praecepta, quantum absolute, et simpliciter possumus, quia saepius teneremur in solitudines nos recipere, et liberius, et tranquillius Deo servire, ac quisque ad actus etiam intensissimos charitatis teneretur quod non est dicendum. Porro qui eligit partem tutam omittendo actionem, est moraliter certus, se Deum non offendere, et non omittere, quod à Deo praecipitur; quia saepius tuta non est; ergo &c.

Tandem ad ultimum negant, opinionem tutam in conflictu tutioris relinquere prudentem dubitandi locum: licet enim praedicta opinio de prudens dubium non excludat, si motiva directe spectantur, illud tamen excludit si ad reflexa momenta recurramus, ut supra ostendimus: sufficit autem, ut ratio proxime movens ad operandum praedictum dubium excludat, ut pariter supra num. 89 probavimus. Hactenus Probabilioristarum praecipua momenta; nunc

§ 6. Momenta, et rationes Probabilistarum contra supra positam Probabilioristarum sententiam.

133 Fundamentum petunt primo Probabilistae ab Auctoritate S. Canonum, et Summorum Pontificum. Et primo Alexander III. Capit. Si vir de cognat. spirit. decrevit, conjugatos, quorum alter scienter, vel ignoranter de sacro fonte proprium filium suscepit, separandos non esse, inquiens = Consultationi tuae taliter respondemus, quod quamvis generaliter sit institutum, ut debeant separari, quidam tamen humanius sentientes, aliter statuerunt. Ideoque nobis videtur, quod sive ex ignorantia, sive ex malitia id fecerint non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debet debitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci = jam vero sententia matrimonio favens neque tunc probabilior tenebatur à Summo Pontifice, cum ipse profiteatur fuisse contra generaliter institutum, et se talem humanius sentire, adeoque potius libertate uti aliqua in decidendo; ergo &c.

2do. Caelestinus III. Capit. Laudabilem de Frigidis conjugatis ob frigidam rationem simul coire impotentibus concedit triennium experientiae, modo certi non sint de absoluta impotentia, nulla facta mentione de eo quod majorem, aut minorem, aut aequalem habeant probabilitatem de certatione impotentiae, atque inde utrumque dimisit dubitantes de impotentia: et Innocentius III. Capit. Inquisitioni de sent. excom. conjugi dubitanti de matrimonii sui validitate, jus facit et petendi, et reddendi debitum, si ex levi, et temeraria credulitate judicat, deinde ad pastoris consilium conscientiam deponat: reddendi autem solummodo, si id ex probabili, et discreta credulitate, ad certitudinem tamen non [illegible] aestimat, seu detinetur = cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili, et discreta, quamvis non evidenti, reddere quidem, sed petere non debet = Etiamsi ergo conjux probabilius crederet matrimonium suum esse nullum, adhuc debitum reddere debet, et quidem contra legem certo prohibentem coire cum non sua. Quinimo Lucius III. Capit. Dominus de secundis Nuptiis mandat conjugi dubitanti de morte prioris conjugis nulla facta distinctione graduum probabilitatis, reddere debitum uxori bona fide petenti. Ubi notandum est bonam fidem, et certitudinis probabilitatem non potuisse reddere majorem, primo quia si uterque conjux dubitat, nemo reddere, aut petere debet, ut docet communis sententia, rationes non facit, ut certus de nullitate matrimonii reddere possit debitum. Quamvis ergo minor sit probabilitas validitatis, et major invaliditatis debitum conjux reddere debet petenti, licet jam agatur, de transgrediendo lege, fornicationem vetante; ergo &c.

Tertiò, ut omittam alios, d. Leo Capit. sicut quædam dist. 12. hæc
habet = In ijs, quæ vel dubia fuerint, vel obscura, id noveritis sequendum,
quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum
inveniatur adversum = et Urbanus VIII, ut refert eruditissimus P. Biner
in apparatu ad jurisprudentiam parte 1 cap. 2 pag. 268, respondit, Missio-
narios in India posse procedere cum conversis ad fidem Catholicam secun-
dum sententias probabiles, ipsis magis favorabiles. Quid clarius pro sententia pro-
babilistarum unquam dici, aut excogitari potest? Hinc concludendum
cum S. Antonino parte prima tit. 3. cap. 10. §. 10. dicente: eligere viam tu-
tiorem consilij est, non præcepti: Alioquin oporteret ingredi religionem,
in qua tutius vivitur, quam in mundo: Quod idem, et fortè robustius re-
petit part. 2. tit. 1. cap. 11. de contractu quodam Montium Florentiæ, de quo
tunc graves exortæ erant quæstiones, et variæ opiniones, inquiens = Quidam
autem volentes probare contractum esse illicitum, inducunt illud: In dubijs
tutior pars est eligenda. Respondetur, hoc esse verum de honestate et me-
riti majoritate, et non de salutis necessitate quoad omnia dubia. Alioquin
oporteret, omnes religionem intrare, cum tutior via sit, quam in sæculo
remanere, et istud, scilicet religionem intrare, utique consulitur, non
præcipitur = Hactenus inclytus Angelici Præceptoris discipulus. Ubi no-
tabis, contractum illum saltem juxta plures tunc tanquam illicitum pris-
se habitum, et nihilominus sanctum Doctorem asserere, principio illo
in dubijs tutior pars est eligenda, tanquam illicitum probari non pos-
se; ergo &c. Fundamentum 2dò desumunt ab ipsa ratione, et primò: Principium
134. hoc In dubijs tutior pars est eligenda: locum non habet, seu præceptum
non continet, sed consilium tantum in materia justitiæ: siquidem juxta
communissimam Doctorum sententiam in materia justitiæ locum habet alte-
rum: In dubijs melior est conditio possidentis; ergo neque illud
locum habet, seu præceptum continet, sed consilium tantum loquen-
do de alijs virtutibus. Siquidem ideò prædictum canonicum principium: In
dubijs melior est conditio possidentis: locum habet in materia justitiæ,
non verò alterum: In dubijs tutior pars est eligenda: quia in casibus
utrobique est incertum, et pro una parte certa est possessio: sed
etiam in materia aliarum virtutum in casibus est pro utraque par-
te incertum, et possessio pro libertate est certa: cum enim præ-
ceptum sit libertatis moralis restrictio, in priori ad præceptum erat
ipsa libertas, quæ proindè possedit, et restrictio non supponitur
quousque præceptum restringens certum non est. Hocque omni
patet. Nam libertas utrum ad aliquid faciendum, aut omittendum
contra decretum principis possidet, nec limitata supponitur
usquedum de lege Principis non constat. Quod et communi mo-
do loquendi ostenditur, quo voluntas vera possidere dicitur suam
libertatem, et volenti imponere obligationem aliquam onus
probandi incumbit; ergo &c.
2dò. Idem in utroque foro est judicium ferendum
quando actoris non innititur falsæ præsumptioni, nec judex sententiam
agentem in reum damnat, ut docet Sanchez lib. 1 in Decal. cap. 10 n.
pro sua sententia allegans Baldum, Sotum, Navarrum, Covarruviam, Silvest-
rum cum Cardena, Vasquez, Suarez, Laymann, Salas: Sed in foro autem exter-
no veritate examinata, et cognito, quod res dubia sit, et obligatio, nemo
adstringitur, sed pro libertatis possessione judicatur: quia favorabi-
lior est causa rei, quam actoris, et actore non probante plene, reus
est absolvendus, juxta regulas juris num. 125 relatas; ergo &c.
3tiò, missis pluribus, quæ infra afferemus, argu-
unt ab absurdo: Dato enim, quod in aliquo probabili casu præcedentes
præceptionem prædicti canonicum est unica In dubijs tutior pars est

est eligenda, eadem ratione dici posset contineri praejudicium, licet opinio libertati favens est probabilior, dummodo opinio stans à lege sit vere solideque probabilis: hoc asseri nequit, utpote cum damnatus Rigorismus sequeretur; ergo dici Prob. sequella majoris: ideò in primo casu praesumptio est asserendum, quia tunc dubium est libertatis jus, et ejus possessio est dubia; sed aliud in secundo casu jus libertatis est dubium, ejus dubia possessio: nam in oppositum habetur certitudo gravis id negandi; ergo dici.

§. 7. Solutio momentorum Probabilistarum.

135: Ad primum petitum ex sacris Canonibus, ac summorum Pontificum auctoritatem Probabilioristae respondent, summos Pontifices in casibus illis decidendis secundum probabiliorem sententiam processisse. Et quod attinet ad Capit. Si vir sua cognat. spirit. P. Paulus Gabriel Antoine dicit, Alexandrum tertium probabilius censuisse praedictum conjugatum nullum contraxisse impedimentum saltem quoad redditionem debiti ex ratione graviori in ipso canone relata, quia videlicet si ignoranter id facit, ignorantia eum excusabat: si vero ex malitia, ut nempe tali pacto subtraheretur à debito reddendo, ratione talis doli alter conjux non privaretur jure suo: Ut proinde merito summus Pontifex existimaverit talem casum sub generalibus statutis non comprehendi. Et hinc plures Canonistae, ut praefatus Auctor loquitur, verbum illud humanius volunt significare idem ac hoc: aequius, ac rationabilius; proinde asserunt permissum solum tali conjugi redditionem, non vero petitionem debiti; quod secundum alii volunt forte res concessa, cum nulla in ipsis canon faciat distinctionem. Quae si non placet responsio, dic, summum Pontificem, plenitudine suae potestatis usum fuisse, ac aliquid de vigore canonis antiqui abstulisse. . . .

136. Ad Canit. Laudabilem de frigidis Conjugatis, pariter respondetur ex doctrina laudati P. Antoine nihil concludi posse contra Probabilioristas. Licet enim minus probabilis sit opinio de cessatione impedimenti valente, vel sub fine triennii, probabilior tamen est sententia favens experimento, quinimo est moraliter certa. Cum enim certum sit in dubio pro valore matrimonii standum esse, cum illud bona fide contractum est, certum pariter esse debet Ecclesiam posse concedere tempus necessarium ac opportunum iis, qui bona fide contraxerunt, ne in dubio vel ipsum matrimonium dissolveretur, quod non licet, vel ipsi taliter contrahentes spoliarentur omni suo jure, ac ponerentur sine necessitate, et culpa in periculo incontinentiae; Quapropter summus Pontifex Caelestinus III in supradicta decisione opinione absolute, ac simpliciter minus probabili non processit, sed probabiliore omnibus quae spectanda erant, perpensis.

at opportunum (unde est triennium)

137. . . . Ad Canit. Inquisitioni de sent. excom. dicunt summum Pontificem secundum tutiorem, ac legi faventem sententiam respondisse. Lex siquidem justitiae est conjugem debitum reddere debere conjugi petenti: in meo autem justitiae bona fide possidens ob dubium superveniens spoliandus non est juxta regulam In dubiis melior est conditio possidentis. Et hinc merito magis laudatus summus Pontifex inquit: Debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: quoad usque videlicet perseverabat practicum dubium, et non deponeratur. Atque haec eadem est responsio ad Canit. Dominus de secundis Nuptiis, ut meditanti patebit.

138. Facilior est responsio ad Canonem Sicut quedam dist. 24. de Leonis, sicut et ad responsionem Urbani VIII. atten

ac, tum respondent primo, textum illud probare nimis si in rigore ver-
borum accipiendus esset nam in adversariorum doctrina duo contradicto-
ria ex obligatione sequenda essent. Textus enim habet, id sequen-
dum esse, quod neque scripturis, neque decretis sanctorum Patrum adversatur
per adversarios autem certo, neque opinio favens legi, neque opinio favens
libertati est tunc contraria scripturis, ac decretis Patrum. utraque ergo
sequenda esset, et quidem ex obligatione. Quod est absolute falsum. Cae-
terum negant, opinionem minus tutam, minusque probabilem non adver-
sari scripturis, ac doctrinae Patrum, cum scripturae continuo praecipiant
christianam prudentiam in actibus nostris habendam, peccati periculum fu-
giendum, maxima cura Domini praecepta servanda, ac continuo ca-
vere arctam esse viam, quae ad caelum ducit, quamque pauci ingre-
diuntur. Et sane hoc christianus ita debet se gerere in actibus suis, ut
sine formidine prudenti de peccato operetur: quam formidinem
certe non excludit opinio minus tuta, minusque probabilis in con-
flictu probabilioris pro praecepto stantis: ex textu ergo illo nihil
contra probabilioristas colligi potest, sed potius ex illo illorum sequi-
tur sententia. Ad secundum, nempe ad illud ex Urbani VIII res-
139. pensione assumptum, respondet P. Thyrsus Gonzalez quem sequitur
P. Daniel Concina, ex dissertatione cujusdam docti Professoris Je-
suitae adversus historiam, et oppositionem ex P. del Hecho desump-
tam a P. Favillo, a quo deinde doctrinam oppositam mutuatus est
P. Biner, nihil confici posse, potissimum ob tria, quae adversus ea
dictam historiam in sua dissertatione posuerat, et expendit laudatus
Professor. Primum est, nullum documentum a P. del Hecho, sicut neque
a P. Favillo, et P. Biner afferri, quo rescriptum illud Urbani VIII
authenticum esse ostendatur. quinimo ex ipsa expositione a
Joanne Lugo dicto Pontifici facta oppositum colligi, utpote cum
historiae auctor non Pontifices, sed propriis verbis respon-
sum ipsius Pontificis ponat: Alterum est, eo rescripto etiam
admisso, nihil doctrinae Probabilioristarum adversum doce-
ri: Tertium est, interpretationem Pontificiae declarationis, quam
Favillus, alii probabilistae exhibent vanam esse, et commentitiam.
Hoc autem dato nihil ex illo Urbani VIII responso probatur
contra sententiam Probabilioristarum. Qui dissertationem illam
legere cupit, legat Thyrsum Gonzalez dissertatione 14. Cap. VII. Tractatus
Theologici de recto usu Opinionum Probabilium, aut etiam P. Danielem
Concina Lib. 3. de Probabilismo dissertatione 8. Cap. 8.
Quod ad S. Antoninum spectat, respondent ad primum
140. textum, illum ad rem non esse. Nam S. Doctor ibi loquitur de scrupu-
losis, ut patet ex verbis quae ad objecta verba praemittit, nempe
ex his = Solet autem impedire proportionem scrupulositatis sen-
tentia aliquorum auctoritatem non bene intellectorum; et
ideo declarandae sunt, ut illa, quae habentur extra de sponsalibus,
et matrimonio, scilicet In dubiis tutior via est eligenda,
pro ut est quod scrupulosus eligit viam rigidiorem. Sed et hoc res-
pondetur, quod eligere viam tutiorem consilii est &c. = Ex quo
licet colligere scrupulosos, nempe ratione levium, et nullius gravis
momenti rationum ac sempertam, quod tutiorem eligere teneantur
eo non teneri; minime vero qui vere dubitat, seu pro utraque
parte rationes aeque ponderantes habet sed pro honestate, et pro
inhonestate operis faciendi, ut patet ex his quae continuo subjun-
git S. Doctor. Agens enim de dubitante, et cum tali quod culpae
reum damnaris, si scienter agat in eo quo dubitat esse mortale,
tali dubio permanente, subjungit = Sed si dubitat leviter

quis per modum simplicis, sicut dubitat, seu formidat habens opinionem de aliquo, quia ita inhaeret ipsi sententiae, quod tamen formidet de opposito; sic agendo contra tale dubium non peccatur dum adhaeret opinioni alicujus doctoris, et habet rationes probabiles, pro ipsa magis, quam pro opposita opinione = Ne ergo quis peccet in dubijs,* eligere debet eam partem, pro qua graviores rationes militant, atque adeo probabiliorem. Quod clarissimis verbis deinde tradit eodem §. 10 regula 7. §. 2. docens, posse haberi conscientiam bonam, etiam ubi est opinionum contrarietas, si talis conscientia et credulitas efformatur de eo, quod credit, tanquam de probabiliori parte. Ex quo patet, quid dicendum sit ad secundum textum ex eodem S. Antonino desumptum: idest in dubijs tutiorem partem eligendam non esse, adeoque neque praedictum contractum ex obligatione fuisse omittendum ab eo, qui illum tanquam probabilius licitum tum ob intrinsecas rationes, tum ob plurium sapientum auctoritatem judicabat, adeout neque de opposito dubitaret.

* juxta S. Antoninum

141. Ad fundamentum a ratione derivatum respondent, et ad primam: nonnulli negant, communiter tamen concedunt omnes, at negant consequentiam, ac disparitatem assignant, primo a subjecto virtutis justitiae, aliarumque virtutum. Subjectum siquidem justitiae sunt res temporales, quae cum hominum subsint potestati, homines legislator ex rationabili causa jus in unum transfundere potest, alterum privando: quod etiam constat in dubia causa in possidentem dominium transferendo ob bonum publicum, nempe ob publicam pacem, ac tranquillitatem. Contra aliarum virtutum objectum est operis liceitas, et honestas, quae a potestate humana non dependet, praesertim loquendo de ijs, quae ex natura sua vel bona, vel mala sunt. Ac proinde ut libertati jus tribuatur possessionis, hoc debet esse a potestate summa Dei, quod dici non potest, cum potius ut diximus lex divino-naturalis obstat, saltem ea, quae dictat in dubijs tutiorem partem esse eligendam. 2do. Principium illud: In dubijs melior est conditio possidentis, locum tantum habet, ubi par est causa. Quis autem audebit dicere, parem esse causam Dei, et creaturae? non habet ergo locum dictum axioma in alijs virtutibus a justitia distinctis. Tandem quia falsum est, in dubijs libertatem possidere ubi agitur de licito, aut illicito, ut infra dicemus, verum lex ipsa possidet: in dubijs ergo standum est pro lege etiam ex eodem principio: In dubijs melior est conditio possidentis.

142. Ad 2dum negant paritatem majoris instituti pro ..., ac dicunt id tantum verum esse in dubijs facti, et ubi agitur de poena infligenda; secus vero in dubijs, ubi agitur de licito aut illicito. Et rationem disparitatis assignant; quia judex sequens benigniorem partem, ubi agitur de admissione culpae aut meriti, reus exponit se solum periculo non condemnandi reum vel solum puniendi infra meritum, quod non est per se, et intrinsece malum. Sequens vero oppositum exponit se periculo condemnandi innocentem, quod est intrinsece, et per se malum: contra sequens partem tutiorem legi faventem tantum abest, ut malum operetur, ut potius bonum agat: sequens vero benignam, seu libertati faventem exponit se periculo contraveniendi legi praecipienti, sicque peccati, atque peccat. Hinc patet secundus regulam juris: In obscuris minimum est sequendum: odia restringi, et favores convenit ampliari: cum sint partium jura obscura, reo favendum est potius quam actori &c.

143. Ad ultimum respondent, id non sequi, quia opinio tutior minus probabilis respectu minus tutæ probabilioris non remanet apta movere ad prudentem assensum; cum ejus motivum tanquam absolute leve tunc in illa comparatione intellectui exhibeatur, et impotens ad prudenter dubitandum, ac proinde prudenter contemnitur, et intellectus perinde se habet, ac si illud menti non observaretur. Hactenus de canonico principio: *In dubiis tutior pars est eligenda*: Nunc ad aliud: *In dubiis melior est conditio possidentis*.

§8. Expenditur Canonicum Principium *In Dubiis melior est conditio possidentis*

144. Usque modo Probabilioristarum, et probabilistarum dissidium de Principio: *In dubiis tutior pars est eligenda*; inspeximus nunc quæ jurgia inter eos nata sint de alio: *In dubiis melior est conditio possidentis*: examinandum suscipimus. Eo quidem progressu hactenus inter Doctores de eo principio disputatum est, ut neque de eo tractando in oppositas sententias Probabilioristæ, et Probabilistæ abierint, sed et inter hos laxiores dissidium natum sit, alii illud ad justitiæ materiam limitantes; alii vero ad quamcumque virtutem extendentes. Quapropter ne ab instituto deflectamus, utrorumque placita, et momenta in medium cum eorum solutionibus afferentes, sed prius ut rem perspectam faciamus, nonnulla, quæ intelligentiæ status quæstionis præmittimus.

145. Proposito itaque primo, conveniunt inter se Doctores possessionem malæ fidei, sive cum dubio, et absque titulo nequidem apparenti inchoatam, et continuatam, in possidente, qui et reus in jure dicitur, quia vindicat contra eum valida lis intentatur, titulum non tendere, quo in causa dubia se defendere, ac tueri possit contra actorem, a quo lis nempe intentatur. Cujus enim non est, quamquam cum suo dubio, et iniquitate commodum reportare. Ut hinc ut possessio titulum fundet necesse est, ut saltem sit bona fide incepta, et cum titulo saltem apparente, ut emptionis, donationis, &c., nec contra eam hic et nunc stat ratio clara, et evidens titulus, certo ostendens rem non esse suam, sed alienam. Atque hæc sola est titulus, ratione cujus possessor præfertur alteri contendenti, ubi ambo causam, in qua supponuntur æquales, habent: ac propterea non major, aut æqualis probabilitas facit jus clarum retinendi, sed ipsa mera bonæ fidei possessio. Hinc sensus axiomatis est: Quando neutra pars sufficienter probari sit, ut ex ipsa probatione pro qua parte jus sit, clare constat, possessoris bonæ fidei causa debet sustineri, cique rei dominium adscribi.

146. Proposito 2do. quidquid aliter senserit Adrianus, post... asserit, tanto subducenti examine, si adhuc dubius possessor remaneat, rem restituere debere, quia in dubiis tutior pars est eliganda. Et Sotus in 4 de justitia Q. 5. A. ultimo prope finem, et Marianus ... Sadesmo 2. 2. part. 4. Q. 18. A. 1. Dub. 14., ubi docent, possessorem teneri jure ratione dubii rem dividere tamen cum persona, de qua dubitat an ejus sit, et si hæc ignoratur, cum pauperibus, propter iniquam, inde se facile conveniunt Doctores, præfatum axioma eruendum ex regula juris 65 in 6. In pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis et ex regulis juris 128 In pari causa possessor potior haberi debet. Sunt habitæ in rebus justitiæ, ubi post præmissum necessarium ... dubii, ac diligens examen ... veritas non sit, et æquales sunt actores, et reus, seu possessor, præsertim possessionis titulo, militat ratio. Fieri autem primo post præmissum pro rei merito debitum ac diligens examen. Et quidem ex ... causa, seu ratione, et primo,

quia si suborta dubitatione an res tua sit, diligentiam necessariam adinvestigandi non
adhibeas, hoc ipso te exponis periculo manifesto justitiam violandi, quae
exigit unicuique jus suum reddi. Ubi obiter notandum, quod praedicta
investigatione durante, non potes uti re, quae usu consumitur,
alioquin frustra dominus quaereretur. Licet alioquin posses uti illa,
quae usu non consumitur, animo tamen solvendi pretium vero domi-
no, si inveniatur, deductis jam expensis necessariis. Quia videli-
cet tunc nulla domino fieret injuria, nec ipse esset rationabiliter in-
vitus. Ergo praedictam diligentiam, et examen praemittere debes, quia
juxta communem sententiam, si omittas investigare dominum, quando ipse
comparere posset, et ea de causa postea non compareat, evadis malae
fidei possessor, propterea quod omittis facere id, ad quod ex ipsa
justitiae virtute tenebaris, et adeo pro qualitate dubii rem, et fru-
ctus ejus restituere teneris. Quidquid aliter senserit [illegible]
Rebellus de Oblig. justitiae tanquam probabile censens, tunc dubi-
tantem, ac necessarium examen omittentem non esse malae fidei posses-
sorem, neque restituere teneri; esto et ipse contrarium tutius, et pro-
babilius reputet.

147 Dixi 2do et appellas pro actore, et reo militare
rationes. Si enim possidens post praemissam debitam diligentiam
adhuc ita dubitat, ut magis propendeat, ac probabilius rem alienam
esse existimet, quam suam, juxta Salonium, Bonney, Valentiam,
Aquinum, Coninck apud Salas de conscientia dubia Tract. 1 disp. 3.
puncto 2do, quibus accedit Lugo in Respon. Mor. lib. 1 dub. 9, nec
non Tavillus in Reg. 2. 56. num. 19, tenetur rem pro qualitate du-
bii in partes dividere, si divisibilis sit, sin indivisibilis sit, recom-
pensationem alia re, aut pretio facere. Hi rationem reddunt, quia
tunc non est par utriusque partis, seu actoris, et rei conditio, et cau-
sa, quam tamen principium supponere videtur, utpote innixum regu-
lis juris suprà relatis. Contra ipse Salas citans Vasquez, Sanchez,
in Decalogum, et solos probabilius censet, tunc nullam restitutionem
seu compensationem faciendam, modo moralis certitudo pro
actore non stet, licet reus, seu possidens etiam minus probabi-
liter teneat, et possit rem esse suam. Quia ex natura tribuit posses-
sionis praesumptionem cum probabili ratione conjunctam praeponderare de-
bet rationibus omnibus non plane convincentibus. Atque hoc ratione [illegible] Lo-
nus Theologus nimirum censet, possessorem bonae fidei licite rem posse
se retinere, si pro petitore sit argumentum tantum probabile, etiamsi
ipse possidens nullum argumentum ne probabile quidem habeat,
quia vindicat contra jus certum possidendi, quale est bonae fidei
possessio, non nisi certitudo praevalere sit

148 Ubi et idem Salas cum Vasquez, Cumenia,
Perez et utroque Sanchez advertit, dubium possessorem bonae fidei
post praedictum diligens examen nescientem, de qua an sua
sit, dubitat, retinere, sed etiam alienare posse, cum hoc tamen cau-
tela, ut si ad eis vendendo extrahere velit, emptorem de tali
periculo monere debeat, si moralis adhuc supersit, communi
communicandum. Ratio primi est, quia inutilis esset possessio, si re
possessa uti non liceret, immo potius esset onerosa, si res intac-
ta retinere deberet. Ratio vero secundi est quia si venditur
res vitiosa, et periculo exposita, ut commonente do-
mino vero et emptore itaque extrahatur. Quo vitio detecto
facile dominus [illegible], vel saltem minori
pretio tantum emere vellet. Atque [illegible], totam difficultatem
[illegible] ac [illegible] [illegible], de quibus [illegible]
quaeritur an in ipsis locum habeat principium [illegible] melior
est conditio possidentis. Et in hoc maxima est inter [illegible]
ctores tam Probabilioristas quam Probabilistas dissensio, cujus prae-
sentiae, ut arbitror, causa est, quia non conveniunt in assignanda po-
sitione in dubiis pro libertate, aut pro lege et hinc

§9. Propositio prima.

149 In materia justitiae possessor bonae fidei in aequali saltem dubio post praemissam debitam, ac sufficientem diligentiam, cujus res sit, rem retinere potest; atque ideo habet locum axioma: in dubiis melior est conditio possidentis. Ita Doctores fere omnes tam Probabilioristae, quam Probabilistae contra solum Arragonium, aliosque paucos. Fundamentum: Possessio bona fide inchoata est sufficiens titulus, ratione cujus in pari causa, seu in pari dubio judex licite et juste rem possessori adjudicare potest, imo debet, juxta citatos juris regulas: in pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis. In pari causa possessor potior haberi debet: quibus consonant hae duae aliae. Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, et melior habetur possessoris causa. Cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius, quam actori; ergo etiam possessio bona fide inchoata est sufficiens titulus, ratione cujus in pari causa, seu in pari dubio possessor licite et juste potest retinere rem, quam possidet, etiamsi etiam post diligens examen aeque dubitet, an sua sit an aliena. Certe non videtur existere in possessore ad legitime possidendum majorem titulum exigi, quam in judice ad illam ei adjudicandam. Cui doctrinae consonat, quod habetur in Capit. Si a sede de Praebendis in 6, ubi dicuntur, beneficium eodem die a Summo Pontifice, vel ejus legato uni collatum, et ab Episcopo alteri, ei adjudicandum esse, qui possidet, praetermisso eo, qui non possidet, si ignoratur, cui primo facta fuit collatio. Quod si neuter possideat, eum praeferendum, cui Summus Pontifex contulit. Ubi notat Glossa possessionem esse, et haberi titulum praelationis; ergo etc.

Confirmatur. Qui in pari dubio possidentem bona fide re spoliaret, ei injuriam faceret, ut patet; porro ei injuria nulla fieret, nisi jus possidendi haberet. Cum enim non sit aliud juris violatio; ergo etc. Accedit primo, quod in paritate causae deficit efficax ratio mutationis, ergo res manere debet in eo statu, in quo antea erat; ergo erit possessoris. Secundo, quia occupatio rei quae nullius est, sufficiens titulus est dominium acquirendi; ergo et legitima possessio, seu possessio bona fide inchoata est justus titulus retinendi rem, usque dum dubia est proprietas rei. Tandem tertio quia in pari dubio possessor est superior actore, quia distinctum titulum habet; ergo actori praeferendus est, ergo etc.

§10. Propositio secunda.

150 In materia justitiae tantum, non vero in alia virtutum materia in pari dubio post sufficientem diligentiam ad veritatem inveniendam adhibitam, melior est conditio possidentis: atque vero in aliis virtutibus a justitia distinctis semper in aequali dubio standum est pro lege. Ita Probabilioristae omnes, et ex Probabilistis Vasquez, Salas, aliique apud Castropalaum contra communem Probabilistarum.

Fundamentum primo, petitur ex principio: In dubiis tutior pars est eligenda. Hinc ea, quae Probabilioristae assumunt pro certo principio tanquam propositionem continentem probandam, et hunc restringunt. Ideo potius ponunt, ut dicitur ad hominem, petitum nempe ab axiomate, de quo nunc disputatur et hoc, aut simili modo instituunt argumentum: Pendendo in utramque partem disputatur, an actio aliqua sit permissa, an sit prohibita divina lege, et dubium utrobique est aequale, tunc lex divina possidet; ergo si in pari causa, seu dubio melior

est conditio possidentis, tunc pro lege standum est, adeoque Principium Aud. In dubiis melior est conditio possidentis. in providebo non favet libertati. Prob. ans. Hoc, et creata libertas est essentialiter subjecta Dei Dominio, ac legi aeternae et divinae, et Deus est liber ad concedendum homini, quod vult dominium in actus suos, et ad permittendas, quas vult actiones, adeoque homo nullum dominium habet in actus suos, nisi quod a Deo ipsi concessum est, sicuti nulla actio ipsi permissa est, nisi quae sit juxta aeternam, et divinam legem; ergo Deus, sicuti et ejus aeterna lex possidet, quo-adusque constat Deum tale dominium concessisse; sed quando aequale dubium est tam pro lege, quam pro libertate, certo non constat Deum tale concessisse Dominium, aut permisisse oppositum ipsi legi, quae tanquam dubia concipitur, ergo &c. Confirmatur, quod essentialiter Dominus semper possidet ratione suorum jurium ac legum in essentialiter servum, ejusque actus, quousque servo innotescat exemptio; sed Deus est essentialiter Dominus hominis, ejusque libertatis, et actuum, et homo est essentialiter servus, neque homini per aequale dubium innotescit exemptio; ergo &c.

Confirmatur. Si Paulus v. g. ex sua mera libertate, ac liberalitate Antonio omnium bonorum suorum dominium utile concederet, exceptis tamen quibusdam paucis fundis, ac dominio directo, et alto sibi reservato, nihilominus Paulus possessionem haberet in fundos exceptos, verum etiam pro ipso possessio staret, si inde dubium Antonio insurgeret, an hic vel ille fundus sit ex exceptis, nec certiorari posset, an sit in numero non exceptorum, ac proinde peccaret Antonius nihilominus utendo [redacted] certo exceptis sed etiam si uteretur Paulo inconsulto, et stante dubio dubie exceptis; ergo cum Deus habeat altum Dominium in actiones hominum, et non cuncti homines subjecti sunt aeternae, ac divinae legi, haec possidebit non solum respectu actionum certo prohibitarum, verum etiam relate ad dubie prohibitas, quousque certo non constabit eas permissas, adeoque homo ita dubius peccabit dubiam legem violando.

151 Fundamentum est rationis. Non major est omnis vis hujus principii In dubiis melior est conditio possidentis in aliarum virtutum materia, ac sit in materia justitiae; sed praedictum canonicum principium in materia justitiae locum non habet nisi ubi pro utraque parte jus est aequale, et pro una certa est possessio, ergo neque in materia aliarum virtutum, nisi ubi jus est aequale, et pro una parte certa est possessio: sed quando dubium est aequale tam pro existentia, quam contra existentiam legis, pro libertate certa non est possessio; ergo &c. Omnes partes patent praeter minorem subsumptam, quae sic probatur. Quando dubium aequale est tam pro, quam contra legis divinae prohibentis existentiam, v. g. an extet lex prohibens contractum v. g. societatis, in quo ego pecuniam, alter operam impenderemus, in dubio disputatur, an simus liberi ad celebrandum sine culpa talem contractum, ergo de ipsa libertate ad contrahendum disputatur; sed quando de libertate disputatur, ipsa non possidet, ergo &c. ... Confirmatur. Quando aequale dubium est tam pro, quam contra existentiam divinae legis, in eo veluti lis quaedam intentatur, an jus Dei praevalere debeat contra creatam libertatem, an vero creata libertas contra ipsum Dei jus; sed tunc certo standum est pro jure divino: siquidem in dubio standum est pro superiore; ergo &c. Vide quoad substantiam P. Concina in Apparatu ad Theologiam Christianam Dogmatico-Moralem Tom. 2. de Conscientia Lib. 3. de Probabilismo Dissert. 8. Cap. 2.

Confirmatur 2do ab absurdis. Si in aequali dubio legis, ejusque contrariae libertas possideret, dicendum foret, quod in aequali dubio valoris testamenti in favorem ecclesiae, aut alterius piae causae, in pendubio valoris, ac nullitatis matrimonii, obligationis dandae dotis contractae, irregularitatis pro homicidio standum esset pro libertate, adeoque haeredem non teneri legato, conjugem matrimonio in malâ fide, quinimo et sequeretur, quod sicuti titulo possessionis quis praescribere potest contra alterius jus; ita et homo praescribere possit contra jus naturae; haec sunt quammaxime inconigma, ergo etc.

§ II. Probabilistarum ad haec momenta Responsio.

152 Respondent nonnulla cum Probabilistis juvat praemittere et primo Deum in tali statu hominem condidisse, ut vi libertatis suae à Deo sapientissimo, ac providentissimo donatae, ita liber sit in actibus voluntatis, ut nisi vel ipsi in se turpes sint, ac mali, et hinc natura prohibiti, vel aliunde prohibitio adveniat, à lege naturali, vel humana, liberum ipsi homini sit absque ulla culpa tales actus, aut eorum velle omissionem: ac proinde homo supponendus est liber, nedum libertate Physica, quae est immunitas à vinculo antes, insuperabiliter, ac invincibiliter alligante voluntatem nostram ad unum oppositorum absque Physica potentia ad alterum, ut in fide certum est, sed etiam habendus, ac dicendus est liber libertate morali, quae est immunitas à lege, ac praecepto obligante, et alligante ad unum, absque potentia morali ad oppositum, usque dum adveniat, ac innotescat lex ipsam voluntatem hominis ad unum ex oppositis aligans: Et hinc lex, seu praeceptum libertatem alligans, seu aliquid aut praecipiens, aut prohibens, supponit hominem in rem, saltem prioritate logica, liberum libertate morali, eo sane modo, quo (ut utar paritate D. Thomae q. 12. de veritate) funis, quo ad palum ligatur homo, ne moveatur, supponit hominem ad se movendum, et ambulandum liberum. Vi ergo suae libertatis Physicae homo est liber ad ponendos actus suos liberos, et quidem absque culpa, nisi accedat lex vetans, aut praecipiens actum, vel ejus omissionem, quae ipsi innotescat homini, atque adeo homo possidet contra legem, usque dum haec illi intimatur. Et hinc

153 Praemitto 2do, quamcunque legem, sive ea naturalis sit, sive divina, sive humana positiva, licet re ipsa à Legislatore sit lata, vim obligandi non habere, nisi post sufficientem intimationem, seu promulgationem patet, quia totius legis vim gratitio absque ejus legis cognitione haberi non potest, proinde ignorantia invincibilis à culpa potius excusarit. Haec porro intimatio, et promulgatio sufficiens ad obligandum non est, seu ut ipsa lex obligat, nisi certam legis faciat existentiam; enim incertis nemo parere tenetur, ut recte ajt Lactantius lib. 3. Stultissimi est hominis praeceptis eorum velle parere, quae utrum vera, an falsa sint, dubitatur, et ideo sanxit, quia nemo ad incertum vult laborare = Et Cap. cum in jure, §. 1. de off. et Potest. judic. Deleg. dicitur = Nisi de mandato certus existens, ex quo non cogans, quod mandatur = Et Glossa super caput cum ex ratione, ita, quo verius Pontifex definit in favorem libertatis obligandum ad minorem stiationem in dubiis obligationis veluti vaeum dedisset principium ad solas gratuitas obligationes regendas: Quae gratis sunt oblata, benigne sunt exigenda, sicut est universalius axioma respiciens in obligationibus libertatem operantis in dubiis liberum est sequi, quod magis placuerit. Et sane nullus sapiens, et aequus Legislator homo habuit ut verum, et quae legis

violatorem, qui factâ ad inquirendum necessariâ diligentiâ incertus est vel de ipsa lege, ejusque promulgatione, quinimo scit neque jurisperitos satis de ea constare, sed inter se dissidere. Quomodo ergo Deus Optimus maximus, cujus opera sunt miserationes, ut Psalmista ait, habebit ut reum legis violatorem, cui incerta est ipsa lex, ejusque promulgatio etiam post praemissum pro rei momento examen necessarium ad investigandam veritatem, quinimo videt plures sapientes, doctos, ac timoratos viros talem legem non admittere, sed negare? Hoc certè cum suavi Dei providentia, quae miserationibus non cohaeret.

Hinc sicuti quando certò constat de lege lata, ejusque promulgatione, ea certò obligat ad sui observantiam, ac ratione suae possessionis ligat liberum hominis arbitrium; quando vero non constat de ejus dispensatione, ac cessatione, licet graves insurgant dubitandi rationes contra ejus obligationem, ita et dicendum videtur, legem non obligare, ac voluntatem hominis non ligare, quando vero certò non constat eam esse latam, ac promulgatam, sed ob momenta satis gravia ea incerta manet, et dubia.

154 Praemitto 3tiò, ad libertatem moralem respectu hujus, aut illius actionis in homine adstruendam necesse non est, ut praeter libertatem physicam à Deo O. M. ipsi certò concessam insuper per signum externum, expressum, ac positivum ei certò innotescat divina voluntas illam actionem permissiva, adeo ut veluti ipsi homini dicatur: Tibi hanc, vel illam permitto actionem. Si enim hoc concedatur, et concedere oportet, amplius necessariam non esse legis praecipientis, aut prohibentis promulgationem, [illegible] sed necessariam esse divinae permissionis promulgationem, ac libertatis moralis ad actionem, adeoque ad cognoscendam libertatem moralem agendi, sufficit amplius quaerendum non esse, an lex obligans sit promulgata, sed an promulgata sit divina permissio ab obligatione solvens. Quando enim lex certò possidet, subditos obligat, donec promulgata sit dispensatio ab obligatione solvens, cujus obligatio non extinguitur ob solum dubium dispensationis, ut patet ex praecepto jejunii tempore Quadragesimae, praecipiente simul abstinentiam à carnibus, et lacticiniis, cujus praeteritam obligationem quoad lacticinia auferri à solo certo promulgatione permissionis constat. Ut ergo asseramus, hominem libertate morali respectu hujus actus liberam potiri, necesse non est, ut ipsi divina permissio per actum positivum promulgetur, ac intimetur, sed è contra ut dicamus eam destitutam, necessaria est promulgatio legis vetantis, aut praecipientis, adeoque homini libertatem moralem possidere, quousque lex praecipiens, aut prohibens intimetur. Quae intimatio, et promulgatio non habetur, quando lex incerta, et dubia manet, ut ~~certè~~ in praemissis ostendimus.

155 Praemitto ~~4tò~~, ex certa possessione libertatis moralis, quando vel ipsa lex, ejusque promulgatio est incerta, non laedi supremum Dei dominium, majestatem divinam, vel etiam non irrogari, subordinationem creaturarum ad Deum non perturbari, hominem cum Deo non aequari, ac veluti utilegislatorem, ut concludit Concina, non effici. ~~Libertas~~ Non enim sequitur quia ~~...~~ jam ~~...~~ laeditur supremum Dei dominium per ea, quae certò homini sunt permissa, vel etiam à fortiori per ea, quae solum probabilius permissa sunt, sicut ergo per libertatem moralem in his duobus casibus asserta divinum dominium non violatur, neque violatur in casu nostro, quia videlicet

sicuti liberum arbitrium non impedit, quominus ipse Deus de rationali creatura sicuti vult disponere possit, ita neque [illegible] moralis libertas efficit, ut creatura rationalis non remaneat ipsi Deo subordinata. Item non sequuntur alia, quia homo per exercitium actuum a Deo sibi permissorum nullam Deo injuriam irrogat, ejus subordinatio ad Deum non perturbatur, neque cum Deo aequatur, ac ubligator efficitur. Cum autem lex pro libertate, aut praeceptiva respectu hujus vel illius actionis homini non est sufficienter promulgata, ut in casu non est ex secundo praemisso[x], ergo &c. His praemissis, et suppositis

x exercitium actuum permissum est a Deo.

156 Respondent ad primum a ratione petitum, quod dicunt argumentum ad hominem, negato antecedenti, ad hujus probationem salvo anathemate retorquent argumentum in Probabiliorismo, et in dubia legis certae revocatione, dispensatione, aut cessatione, et quidem sic sed quando secundum probabile est legem esse latam, licet probabilius sit non esse latam, non constat Deum concessisse dominium, aut permissum oppositum ipsi legi, quae tanquam existens dubie concipitur. Item quando aequale dubium est pro, et contra revocationem, dispensationem aut cessationem, certo non constat legem esse obligatoriam, seu dubie existere; ergo &c. Hinc sicuti adversarii vel debent absolute negare, aut distinguere hanc minorem subnexam, sic probabilistae vel absolute negant, vel distinguunt adversariorum subnexam, homine nempe: sed quando aequale est dubium tam pro lege, quam pro libertate, etsi non constat praecise ex motivi, seu rationis pro lege, aut pro libertate existentis Deum concessisse dominium, aut permissionem [illegible] contra, ex vi libertatis physicae certo concessae, et ex vi defectus sufficientis promulgationis legis ac libertatem moralem tollendam ex quo nego subjunctam minorem, et consequentiam. Ratio distinctionis patet ex primo, et secundo praemisso. Et ex his patet, quid dicendum sit ad id, quod adducitur, in ea casu nempe homini contrahenti sano respectu Dei concessam [illegible] exemptionem, hancque ille irrotasse ex concessione libertatis physicae, et ex defectu promulgationis legis [illegible] libertatem coarctantis: quae promulgatio deficit cum ratio gravis, et solida saltem aequalis existens pro lege in favorem libertatis habetur.

157 Ad confirmationem praemissa retorsione in Probabiliorismo, in casu nempe, quo probabilius est legem non esse, quam esse latam concesso antecedenti nego consequentiam. Disparitas est, quia Antonius neque accepit a Paulo plenum, absolutumque dominium, sed hoc manet penes ipsum Paulum neque accepit liberam et absolutam dispositionem, et administrationem omnium rerum Pauli, quinimo ab ipso Paulo saeveram habet prohibitionem utendi aliquibus, et proinde nullum jus habet in res Pauli quousque nescit quaenam sint hae res, quarum usus sibi conceditur, merito ergo dicitur Paulum possidere in dubio, atque jus videri, si Antonius [illegible] dubio dubie exemptis utatur: contra homo in omnis habet a Deo liberum arbitrium, adeo habet verum dominium actuum suorum liberorum ubi legislator suo praecepto operanti sufficienter noto non exemit [illegible] aliquius actionis, [illegible] in aequilibrio rationum non habet expressam prohibitionem utendi actibus suis. Utinam esset [illegible] [illegible] [illegible] homo. Ha [illegible] uti actibus suis in gravi dubio legis, et in aequalitate rationum pro, et contra legem militantium [illegible] ergo [illegible], licet ergo Antonius agat contra possessionem Pauli &c. [illegible] id non [illegible] homo &c. Ubi et quaeras et adversario, quo intelligant, [illegible] verba [illegible] certo non constabit esse permissos: an videatur [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible], [illegible], et [illegible] si id intendat, negabis, ut in tertio praemisso ostenditur.

158 Ad 2dum[x] omisso sillogismo negant subsumptam minorem, ad hujus probationem proponunt consuetam retorsionem in probabiliorismo ex qua patet [illegible] [illegible] probabilioris [illegible] pro libertate contra legem. Item in dubia revocatione. et

x [illegible]

cessatione legis certò latæ, sic quando solidè probabile est extare legē prohibentē contractū v.g. societatis, in quo tunc licet probabilius sit talem legem non extare: item quando æquale dubiū est tam pro opiñem contra revocatione, aut cessationem legis certò latæ in casu in ... disputatur, an simus liberi ad celebrandū talem contractum, ad faciendū contra legē, seu à lege simus liberi; ergo disputatur de ipsa libertate ad contrahendū, et in 2do de ipsa obligatione legis; sed quando tunc, ergo tunc possessio sicut adversarius negare debet prefatam subsumptam, sic et eā ipsi Probabilistæ negant. Ratio negandi est, quia sicut quando certa est legis existentia, et dubia revocatiō, valet supposita certa legis possessione, solū inquiritur, et disputatur, an sit sufficiens ratio, et motivū exemptionis à lege. Item sicuti cū probabilius est legem non esse latam valet possessione supposita pro libertate, disputatur solū, an quis habeat sufficientem ratiōē, ac motivū non exequendi prefatam legem dubiam, ita in casu nostro libertati Titij, sive possessorio valido inquiritur, an per dubiā legem detrudenda ac sit à sua possessione, et adeò ipsi libertas etiā moralis, quæ ei Titijō sequitur, nisi præcepto coarctatur, sit ~~abjiciendo~~ et ~~offerendo~~ ob solum dubiū supervenientis; possidet ergo tunc libertas etiā moralis; ergo tunc.

159 Ad confirmatiōē omissa majori nego minorem, ad hujus implicitam probatiōē dico standū esse pro superiore, quando certò constat de lege lata, et solū dubitatur v.g. an sit justa, an sit revocata, an occurrerit dispensatio tunc, quia tunc possessio est pro superiore, ejusque lege. Secus verò cū dubitatur de ipsius legis existentia, ejusque ad obligandū sufficienti promulgatiōē, quia ... tunc libertas est in possessione.

nota hic si alio modo ... in casu ... inter ... et ... sit ... vel ... non ... non alter est ... possessionis ...

Ad alteram confirmatiōē negatur sequella majoris, et ratio negandi est, quia quod in non dubio favendū sit ... ac ... item doti, ac ... in dubio homicidij ... sit tanquam irregularis, ac ... titulo possessionis contra aliū in malâ ... præscribatur; hoc est à lege positiva ... in ... [illegible] in reverentiam ... stis dubiis, nec non ob publicam tranquillitatem statuenta. Non autem ... est à lege nāli, aut divina positiva, quam utramque ... in casu nostro supponimus, quod nempe Deus in æquali dubio ... legis pro sua benignitate nolit obligare sicut ... non obligat conjugem ... de valore sui matrimonij ad non reddendū debitū petenti, licet certa lex sit de non ... copula cū non sua. Exemplū autem de matrimonio potius ... quod oppositū sit sententiæ nostræ. Nā ideò standū est in dubio pro valore matrimonij, quia matrimoniū est in possessione ... ergo et possidet libertas hominis, ea nonnisi per legem certā, ac sufficienter promulgatā quod in æquali dubio non accidit, sua possessione privanda ... est. ... Probabilistarum solutio, nunc

§12. Præcipua Probabilistarum fundamenta contra supraposita Probabilioristarum ...

160 Præter momenta §6 nuo 133, et sequentib., et §11 anti nuo 152 et sequentib. relata Probabilistæ alijs ratiōib., vel evidenter insinuatis suā probant assertionē, et 1mò. Quando æquale dubiū est legē esse, aut non esse latam, esse, aut non esse sufficienter ad obligandū promulgatam, libertas certò possidet, sed quando libertas certò possidet, licet inde impugnat æquale dubiū tam pro liceitate, quàm pro

necessitate actionis melior est libertatis conditio, ergo &c. Major prob. à pari, quia prout dubio lex possidet, quando certò constat eam editam, licet deinde insurgat æquale dubium tam pro, quam contra ejus abrogationem, cessationem, aut dispensationem, ergo cum et certò constet hominis libertatem prius quam moralis sequitur, donec ea certò possidet, licet &c. 2do, quia sicuti in priori ad dubium abrogationis, cessationis, aut dispensationis, lex certò possidebat contra libertatem ita et libertas in priori ad illud dubium; atque et si nunc tale dubium existat, lex jam non possideat, sed certò in possessione est libertas, ergo sicuti lex non deturbatur à suo possessorio per dubium supervenientem, neque et deturbari debet libertas per propter dubium supervenientem: ergo &c. Nunc prob. minor primi syllogismi. Titulus certus possessionis est ratio, propter quam in omni virtute ejus possidens præferri sit, et debet auctori, et petitori in æquali dubio ergo quando libertas certò possidet &c. Prob. ant. Parti, pro qua stat certus possessionis titulus, in quocumque virtutis genere in æquali dubio aliquid plus juris, quam alteri parti inesse, ut ea se praestet, quia secus titulus possessionis nullus esset. Sed ea pars, pro qua stat majus jus præferri sit, et debet alteri, ergo &c. Hinc ratione tituli possessionis subditus tenetur obedire superiori juxta communissimam sententiam etiam cum probabilius tenet legem esse injustam. Item conjux dubitans de sui matrimonii bona fide contracti valore, ex eo cum alteri bona fide petenti reddere debet, licet etiam ipsum probabilius esset esse nullum: et è contra dubitans prudenter de impedimento contrahere nequit matrimonium, atque dum cohonestatur, quia videlicet in primo casu matrimonium possidet, et in altero lex prohibens ... non sua.

X 2do, quia in æquilibrio rationum tam pro, quam contra existentiam legis non est major ratio pro ... , an libertatis ... ergo non est cur ... libertas sua ... libertatem prius quam moralis sequitur ... ergo &c.

Confirmatur primò, si in dubiis lege attribuenda est possessio, et attribuenda ei est, licet sententia stans pro libertate probabilior est major enim, aut minor probabilitas non dat titulum possessionis, neque illum aufert, sed cum sententia stans à libertate est probabilior, lex non possidet ergo &c. Prob. min. si cum sententia stans à libertate est probabilior, lex possideret, neque tunc liceret agere contra legem: siquidem possessor à possessione deturbandus non est per majorem probabilitatem actoris, seu petitoris, ut patet in materia justitiæ, ac etiam in dubiis casibus superioris nempe, et subditi, et matrimonii supra relatis, ac etiam id è ratione constat, quia videlicet quod videtur, tunc possessorem dominio suo spoliari. Sed et, per adversarios Probabilioristas licet agere contra legem, si sententia stans à libertate est probabilior, ergo &c.

161 Confirmatur 2do. Sicuti in justitia commutativa ... dubium, ... æquale ... , ita et in aliis virtutibus ... proportione ... legale, ac solutio justitiæ legalis, et similiter ... æqualitatem ... locum habere debet principium ... ergo ... tenetur ... certam pro dubio ... , sed ... quos pro ... debito ... ad solutionem ... , et ... contrahitur legi ... certæ, ergo &c. Ergo ... dubium utrinque est æquale tam pro, quam contra legis existentiam ... pro libertate ergo &c.

§. 13 Probabilioristarum solutio

162 Respondent Probabilioristæ ad primum negando ... etiam negando min. ad primam majoris rationem, concesso ... consequentiam, ... libertatis ... quia ...

gationis, cessationis, aut dispensationis, nulla lex est, quae, tum ob contra certam ipsius legis existentiam, et promulgationem atque adeo nihil est, per quod ipsa lex e sua possessione extrudi debeat contra eum aequale dubium pro lege insurgit contra libertatem; tunc dubio fovet lex naturalis prohibens ne quis se peccandi periculo, seu violandae legis exponat, quae lex utpote certa alligat libertatem fixam, atque adeo ratione talis legis homo taliter dubius sua morali libertate spoliatur. Licet ergo lex certo lata, sufficienterque promulgata possidere pergat, quando etiam aequale dubium pro ejus abrogatione, cessatione, aut dispensatione insurgit, tunc non pergit libertas possidere. Et ex his ad 2dam, et etiam ejusdem majoris probationem, veniunt responsio. Cum enim aequale, aut fortius momentum vacuum pro lege praecipiente, aut prohibente, quam pro libertate, statim in promptu lex certa adest, videlicet ne quis se peccandi periculo exponat quae lex dum dubium adest, non tenet, utpote non promulgata per ipsum dubium. Et licet hinc notitia non adsit certa pro lege, de qua disputatur, seu dubium est, adest tamen notitia certa de praecepto legis, videlicet periculum peccati evitandi. Et ex his patet etiam, cur Probabilioristae negant minorem primi syllogismi, quia nempe per dubium superveniens libertas sua certa possessione privatur, quia statim adest lex ea qua exuens possessionem, scilicet lex naturalis vitandi periculum peccandi, adeoque exemplo ibi valuti illata locum non habent.

163. Ad confirmationes idem reponunt responsum. Nam vel sermo est de lege, quae in dubium vertitur, vel sermo est de lege naturali praecipiente fugam periculi peccandi. Si primum, ultro concedunt eam non possidere, nempe solum aequale dubium superveniens. Si secundum, negant eam non possidere: dubium enim tamen ejus fert promulgatione ac intimationem. Et hinc in casu dubii, exaequans legem pro obligatione dubia non dat solutionem certam, sed pro certa lege solutionem certam rependit. Hactenus, sed fortasse nimis, licet nunquam satis, super principiis: In dubiis tutior pars est eligenda: In dubiis melior est conditio possidentis. Quia videbatur ex horum recta intelligentia plurimum pendere solutio controversiae Probabiliorismi et Probabilismi; et pro inde me non piguit aliquantulum huic praecipuo negotio ex eo tibi compta... debeat, quomodo in utroque systemate ... ... illa debeant conciliari. Nunc jam pro praxi.

Appendix

§14. Regulae cognoscendi, pro qua parte in dubiis sit titulus possessionis.

164. Cum parum pro praxi, ea quae unice Moralistae solutus ... dabat juvaret, scire, in dubiis praeferendam esse partem, quae possideat, nisi etiam sciret, quaenam ea sit pars, cui possessio sit adjudicanda; idcirco operae pretium duxi hic regulam proponere. Haec autem facillime a Probabilioristis assignatur: et est semper, in dubiis exstante ... ratio, majoris est pro lege possessio ... ... pro libertate valentior, ac fortior ratio non habetur pro libertate: Et tunc solum pro libertate habetur possessio, seu haec possidet in dubiis, quando pro hac stant validiores, fortioresque rationes. Patet ex ...

Quapropter tota difficultas est in Probabilistarum systemate, et hinc ex istis

165 Respondeo cum Patre Patritio Sporer To. 1. Tract. 1. Prod. sect. 4. de Conscientia dubia num. 79 tradi non posse regulam ōnō universalem, omnesque casus praecontinentem, ut providere neque ex ipso universalis ōinō sit, quam ibidem ipse affert, nem. pe haec: *Ille possidet*, aut praesumitur in dubio, quod vel certum est, *vel prius est*, *vel priori alicui regulariter accessorium*, *aut certe dubitanti magis favorabile*: licet interim credat eam simplici confessario sufficientem, utpote ad plerosque casus applicabilem. Item eodem in loco rejicit tanquam universalem ōinō et etiam tanquam difficulter applicabilem casibus particularibus regulam, quam ex toto tradit Sanchez in praecepta Decalogi lib. 1. cap. 10 num. 13. nempe hanc: *Attendendum est in dubio pro quo stat in foro externo praesumptio*, et dum non constat de veritate, ea pars, *pro qua est praesumptio*, *censebitur possidere*, et praevalebit in utroque foro. *Quare si praesumptio in externi stat pro obligatione*, *tenebitur volentes*: si autem stet *pro voluntatis libertate*, *non tenebitur*. Quare juxta hanc regulam ille censendus est possidere, pro quo est juris praesumptio, hoc in alterum probandi onus transfert; ipse autem tantum se defendit. Rejicit inquam, praelaudatus Doctor, praefatas regulas tanquam ōinō universales, et 2da etiam tanquam difficulter applicabilem, cum cognitionem externi fori importat, et proinde particulares, seu speciales regulas tradere opus censuit. Sequentes proficuas regulas utpote multum utiles

Regula prima.

166 = Quando vere dubitatur, de lege aliqua lata, promulgata, recepta, aut de vero casu ejus sensu, homo manet in possessione suae libertatis contra legem. Contra. Quandocunque constat legem aliquam fuisse latam, promulgatam, receptam, dubitatur autem solum de ejus obligatione pro tali, vel tali casu vel de ejus abrogatione, lex est in possessione suae obligationis contra hominem dubitantem. Ratio regulae est, quia in primo casu est libertas, dubia obligatio, ut supra dictum est: in secundo autem certa est obligatio, dubia liberatio, seu a lege solutio. Unde si quis dubitat pro hac vigilia indictum esse, vel non esse jejunium, hodie et hujus sancti festum: item si quis dubitat, an Romae lata sit aliqua constitutio, vel prout oportet promulgata sit, vel usu recepta, jejunio non teneris, neque [illegible] audire, neque dictae constitutioni parere: contra si quis [illegible] hodie esse jejunium, dubitat tamen an habeat sufficientem causam a jejunio excusantem, item si quis sciat, se contraxisse [illegible] jejunia, dubitat tamen an solverit, debet jejunare, et solvere debet, tenetur quia videlicet in primo casu libertas, et in secundo possidet ipsa lex.

Regula secunda.

167 = In dubio facti faventis legem homo manet in possessione suae libertatis: contra in dubio facti supponentis legem lex manet in possessione obligationis. Ratio regulae eadem est ac superioris. Ex hoc autem sequitur primo, dubium de admissione actionis cum censura v. g. excommunicatio, suspensio, aut etiam irregularitas est onerare censuratum, aut irregularem censendum non esse, excepta tamen irregularitate, quae est ex homicidio voluntario, et contracta tempore delicti, ut diximus

nº 125 exponendo Capitulo Ad Audientiam, Significasti, et Petitio tua de Homicidio. Et per consequens neque ante tenetur obligatus abstinere à comunicatione cum dubiè excomunicato, excepta tamen comunicatione in susceptione sacramenti v.g. penitentiæ, si excommunicatus, de quo dubitas, an talis sit, esset vitandus, quia videlicet tunc agitur de valore sacramenti, ad quod validè administrandum requiritur jurisdictio, qua excomunicatus vitandus spoliatus est. Ratio est, quia in dubijs non præsumitur factum, et melior est conditio possidentis.

Sequitur secundo, dubitantem, an emiserit votum, fecerit juramentum, aut aliam promissionem Deo, vel homini, aut (quod frequentissimum est) constat, aliquem mente aliquid dare decrevisse, neque tamen, et quidem invincibiliter, advertere, et proprie dubitat, an nudè proposuerit, an verè promiserit, animumque se obligandi habuerit, et his omnibus consideratis nulla præsumptio sit, et appareat pro voto, [illegible], juramento, aut altera promissione non teneri. Contra verò sequitur, certum de emissione voti, juramenti, aut alterius promissionis dubitantem verò de intentione se obligandi, aut de ipsa solutione, voto, aut juramento, aut altera promissione teneri, sicuti certum de contracta censura, dubitantem verò de ejus cessatione, aut absolutione, teneri se tanquam censuratum gerere. Quia videlicet obligatio est in possessione.

Regula tertia.

168 = In dubio circa tempus inchoandæ obligationis, homo manet in possessione suæ libertatis: contra in dubio circa tempus finiendi obligationem lex manet in possessione obligationis = Regula ex præcedentium ratione patet. Hinc primo si quis v.g. feria tertia ante cœnam in multam noctem comedens dubitat, an hora mediæ noctis advenerit, ac post diligens examen rem revera nequeat, licitè comedere pergit, usque dum certior fiat, quia videlicet adhuc est in possessione ipsa dies feriæ tertiæ, in qua carnibus vesci liceat. Contra ipso die jejunii v.g. sabbati, vel vigiliæ si quis dubitat, an sonuerit mediæ noctis hora, comes nequit comedere, quia adhuc dies jejunii, aut vigiliæ possidet. A qua tamen regula declinare placet cum Antoine, tit. 2 de Matrim. disput. 4 Laijman, aliisque casum de sacerdote celebraturo die sequenti, præsertim in dubio erit, seu si in ipso actu comestionis vel antea ad ipsum dubitat, an mediæ noctis hora exstiterit. Ex eo, nec non reverentia tanto sacramento debita [illegible] potius videtur, nempe ut a potu, vel esu tunc abstineatur. Quidquid postea sit de dubio consequente, seu si dubium insurgat post cibum aut potum, de puncto mediæ noctis elapso, quo in casu censet Laijman probabile sacerdotem posse celebrare.

Hinc 2do, juvenis post diligentem inquisitionem dubitans utrum vigesimum primum ætatis annum compleverit, à quo jejunij obligatio incipit, utpote in possessione suæ libertatis manens jejunare non tenetur: contra senex dubitans, an ad tempus cessationis legis jejunij pervenerit, jejunare tenetur, quia nempe lex adhuc possidet. Idemque dicendum de eo qui dubitat an compleverit annos ad sacros ordines suscipiendos à canonicis ordinationibus requisitos, quia videlicet lex canonica certos annos exigens per dubium expletionis annorum à possessione sua detrudi non debet

Regula quarta

169 = In dubio de modo obligationis contractae, vel solutionis jam factae, consideratis omnibus, et nullo obstante, regulariter praesumendum est id, quod debitanti est favorabilius, seu minus onerosum = Ratio regulae petitur ex principiis, seu juris regulis Odia restringi, et favores convenit ampliari; In poenis benignior est interpretatio facienda. Et ulterius declaratur exemplis. Sic primo qui vovit se daturum eleemosynam pauperibus, et orationem facturum, aliter nescit, an eleemosynam ordinariam, an extraordinariam, orationem brevem, an valde longam voverit, post praemissum pro rei veritate inveniendae necessarium, nonnisi ad eleemosynam sibi, ac rebus suis congruentem, ad orationem sibi consuetam tenebitur. Sic pariter qui sibi se vovisse aut nescit, an sub gravi, an sub levi se obligare voluerit, idque neque ex vi verborum, neque ex materiae quantitate deprehendi potest, sub levi tantum votum adimplere tenebitur. Idem dicendum de eo, qui votum castitatis emisit, aliter nesciens hic et nunc, an perpetuum, an vero temporarium tantum intenderit, interim immemor verborum, quibus votum edidit vel si memor, ea sola rem non explicarent, hic nempe ad temporarium tantum tenebitur, ut docet Sanchez lib. 4. Moral. cap. 16. a num. 16.

Sic 2do, si quis habeat seu teneat plura debita cum Antonio V. G. unum onerosum alterum gratuitum, unum iam maturatum, et alterum maturandum, si postquam solvit, quantum unum tantum dubitat, quodnam extinguere intenderit, praesumendum est pro extinctione debiti onerosi, et maturati. Dixi in regula: consideratis omnibus, et nullo obstante. Nam si circumstantiae vel aliquid aliud faveant libertati ligamen, tunc a lege standum est. Sic si dubites de voto castitatis a se emisso in emittendo voto pronuntiavit in haec verba: voveo castitatem: vel voveo castitatem, et religionem. Nam voveo in primo casu exprimere votum castitatis, tenetur ad in dubium et castitatem, et religionem, in memor scilicet nempe verborum tenebitur ad castitatem perpetuam et etiam in casu quo ad religionem non est ingressus, vitam castam ducere est obligatus, licet non est in eo casu, quo ingredi obligatur religionem voverit, quia tunc castitatem solum diversimode a religione vovit. Idem judica de eo, qui immemor donavit ex justitia dando taxatorem suo creditori dixisset: dono tibi V. G. hos nummos aureos, tunc equidem judica namque debitum justitiae non extingui ut communiter docet sancta cum Sanchez lib. 1. Moral. cap. 13. num. 11., quia videlicet obligatio justitiae non per solutionem extinguitur, quae [illegible] non habet aliquid donatum, ut patet. Eandem ob indictam clausulam sub regula a nobis posita non contradicit casus de dubio ta [illegible] in sua conservatione et homicidium injustum effective tam respectu ad irregularitatem, scilicet quia lex obstat immunitati a tali censura etiam in dubio, adeoque tunc lex possidet. Ulterius regulae probabilitatem cum P. Sporer [illegible] quibus comparare debet, quia per probabilitatem dicendum sit ad Principium: In dubio non praesumitur factum, sed probari debet.

171 Pro cujus recta intelligentia distinguere oportet inter factum principale, et inter factum tantum accessorium [illegible] [illegible] et [illegible] inter dubium versans circa factum principale et [illegible] circa [illegible] accessorium. Hac distinctione [illegible] [illegible], si [illegible], quando dubitatur de facto principali [illegible] an

aliquem permiseris, consilio tuo causa fueris homicidii, furti &c., excepto casu homicidii quantum ad irregularitatem, de quo supra, factum praesumendum non est, sed probandum. Facta enim, et delicta praesumi non debent, sed positive probari: et nemo praesumitur malus, nisi probetur. Si vero certum sit factum principale, et dubitetur tantum de accessorio, in casu et accessorium factum fuisse supponi debet, si hoc accessorium de jure faciendum erat, aut si ordinarie fieri solet, praesertim cum jam factum est favorabile facienti: V.G. orasti horas, audivisti missam die festivo, confessus fuisti, poenitentiam explesti, matrimonium contraxisti &c., atque dubitas de attentione, de sufficientia tui doloris, de intentione in contrahendo habita &c., praesumere debes omnia rite praestitisse: item dic, si dubitas de aliis internis ad valorem actus externi requisitis, dum certo constat actum externum esse positum: V.G. si dubitas de intentione te obligandi per votum, per religionem externe professam &c. Quia videlicet semper pro valore actus jam peracti supponendum est. Dixi autem jam peracti, quia si quis in priori ad ipsum actum dubitat de ejus validitate V.G. si quis in priori ad celebrandum matrimonium dubitat de aliquo impedimento, tunc pro ejus valore supponi non potest, sed cessandum est, quousque certo constat tale non adesse impedimentum. A quo principio ipso seu doctrina excipere placet dubium de valore sui voti, et sponsalium, nec non matrimonii defectu intentionis necessariae, si dubium versatur circa aetatem requisitam. V.G. si dubitaret an nondum haberet septennis, dum vovit, et sponsalia contraxit, an uterque nondum celebrando matrimonium pubertatem adeptus esset, nec malitia supplevisset aetatem. Tunc enim possessio stat pro aetate insufficienti ad vovendum, et ad matrimonium contrahendum. Hactenus de conscientia dubia.

172. Nunc de conscientia perplexa, quae ea dicitur qua quis interdum ex transverso ita constitutus est, ut alterutrum eligere debeat et utrumque tamquam malum apprehendat, agendum est, verum cum de tali conscientia capite 2. A 2. § 3. num. 62. et sequentibus, dixerim relegas ibidem dicta: At hic unum vel alterum moneo. Veniunt pro doctores inter se, in casu quo minus malum est ab intrinseco sua natura malum, majus malum vero est solum malum, quia lege aliqua positiva prohibitum aliqui volentibus tunc eligendum quod minus malum esse cognoscitur; aliis vero oppositum sententiis, quod videlicet formidabilior est malitia ab intrinseco sua natura talis, utpote indispensabilis. Verum quidquid de hoc sit quivis prudens tunc debet se resolvere, judicando tunc praeceptum pure positivum non obligare: disputare secundo doctores etiam inter se, pro casu quo ex una parte apprehenditur minus malum quod tale cognitum ex altera vero parte de majori malo evitatur, seu majus malum sub specie dubia concipitur: Aliis contendentibus tunc minimum dubium eligendum, et malum certum vitandum esse: Aliis vero sustinentibus aliquando malum certum faciendum, quando nempe vero dubium culpae majoris praeponderaret peccato minori certo. Quidquid vero de hoc sit, pro praxi illud tenendum, operantem scilicet eam eligere partem debere, quam minus malum esse omnibus circumstantiis spectatis, maturo examine praemisso, [redacted] existimat. Atque ex his ad celebrem, et numquam forte terminandam controversiam de usu opinionis probabilis, seu de conscientia probabili, et improbabili, de qua acris controversia inter doctores excitata est.

Caput quartum.

De Conscientia Probabili, et improbabili, et laxa.

Si in qua modo plura, et non quidem contemnenda inter
Doctores exorta sunt dissidia, quæ Theologum pertæsa non licet, hoc
certè unum opinionum probabilium accidit. Primò enim fuerunt, qui
nimio, ac Pharisaico zelo acti legum onere conscientias premere, ut dixe 174
runt, et propugnarunt, legem ita possidere contra creatam liber
tatem, ut huic nunquam aliquid operari liceat, nisi pro eo mo
ralis habeatur certitudo, et proinde usum etiam sententiæ probabilissi
mæ tanquam licitum denegant. Atque hi Rigoristæ, seu Tutio
ristæ rejecti nuncupantur, Romano fundo jam castigati, Alexan
dro VIII die 7. Xbris anno 1690 damnante propositionem ordine 3. quæ
sonat = Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabi
lissimam =. His accedunt Alij Tutioristæ, mitiores quidem, et catho
lici docentes, et admittentes tanquam licitum usum opinionis
probabilissimæ [redacted] ita tamen ut denegent licere sequi
etiam probabiliorem pro libertate, nisi hæc attingat gradus
probabilissimæ adeoque perfecti. elidat quamcunque rationem
quæ pro lege militare possit. Atque hi etiam communissime
despiciuntur, ut infra exponemus. Sequuntur Probabilioristæ, qui
dant quidem libertati uti licitum usum opinionis sibi fa
ventis, quando hæc probabilior est saltem moderatè sententiæ
pro lege militante; negant verò tanquam licitum usum
opinionis pro libertate stantis, ubi hæc vel est minus, licet
solidè probabilis, vel etiam æquè probabilis est, ac opinio
à lege stans. His omnibus opponuntur Probabilistæ, qui
tamen et inter se divisi sunt: siquidem plures contendunt esse
licitum eum usum sententiæ pro libertate militantis, quando
æquè probabilis est, ac sententia pro lege stans; secus verò
quando minus probabilis est, licet interim solida fulcia
tur probabilitate: Quamplurimi verò sustinent tanquam
licitum usum opinionis nedum æquè, sed etiam minus, so
lidè tamen probabilis pro libertate stantis, in conflictu æquè
vel magis probabilis à lege militantis: extra casus tamen
vel supra, ubi de dubio, vel infra exponendos. Quæ omnia 175
quæ non est clarè... nos tractantur, rem totam in ... lu
dividimus Articulos.

Articulus primus.

Sectio 1.ª Notione opinionis Probabilis.

173 Opinio generatim inspecta, et Thomæ, ac Bonaventuræ Doctoris
cui, ac Magistris, uno nempe prima parte Q. 79. A. 9. ad quæ dicun
tur opinionem esse actum intellectus, qui fertur in unam partem
contradictionis cum formidine alterius. Suarez in 3tia Disp. 24 di
q. 2 apud Gonzalez opinio est assensus unius partis cum for
midine alterius, opinio ergo, generatim inspecta est prudens
judicium, seu assensus vel dissensus uni contradictoriorum
propositionum cum formidine radicali, aut fortè alterius. Ex quo patet
opinionem rigorosè sumptam distingui tum a dubio, tum a
suspicione, atque etiam à ... , a scrupulo. Et dubio quidem quo
non est judicii in utramque partem suspensio, vel ob motiva pro neutra
parte currentium, vel ob motivum æquale pondus in utramque, ...

et suspicione etiam. Haec enim definitur rationalis, probabilis inclinatio, et propensio ad assentiendum, vel dissentiendum, vel potius inchoatus assensus, quo quis in unam partem inclinat, exsecutus aliquod actum opinandi principium. Tandem et a scrupulo, quia hic nihil aliud est, quam anxius quidam, et anxia formido levibus innixa motivis, qua quis timet erroris periculum, ubi non est.

74 Dividitur autem opinio primo in probabilem et improbabilem. Opinio probabilis proprie, et absolute talis est assensus, vel dissensus obiecto praestitus ob motivum absolute, et respective grave, et rationabile, licet de se simpliciter fallibile. Dicitur in primis assensus, vel dissensus obiecto praestitus. Opinio enim probabilis ad veram judicii rationem pertinet: per quod ut diximus discriminatur a dubio, scrupulo, et suspicione. Dicitur 2do ob motivum grave, et rationabile, aptum scilicet movere virum doctum, probum, et prudentem ad assensum, vel dissensum, et per hoc discriminatur a judicio temerario, seu imprudenti, et improbabili: judicium enim temerarium, et imprudens idem non est, quod judicium falsum; sed illud est, quod levissimo, vel saltem levi nititur fundamento, quod conjunctum cum prava animi dispositione supplet, quod vera, ac solida ratio praestare deberet. Hinc cum audis propositionem aliquam temeritatis nota signari, ne eam statim falsam credas; sicuti statim ac agnoscis, aliquod judicium prudens esse, ne statim verum esse existimes. Altera enim ex duabus contradictoriis: Stellae caeli sunt pares: Stellae caeli non sunt pares: est necessario vera, et altera falsa: utraque tamen est improbabilis, ob defectum nempe motivorum ad assensum moventium: sicuti e contra prudens, et probabilis est utraque ex sequentibus: Datur Physica Thomistica Praemotio: Non datur Physica Thomistica Praemotio: quia videlicet pro utraque parte militant rationes verae, graves, ac solidae, licet alioquin una ex iis sit necessario falsa. Unde natum axioma: Multa falsa probabiliora veris. Hocque oritur ex eo, quod mens nostra utpote finita, et limitata discernere non valet inter lucem, et tenebras, quibus res involvitur.

75 Dicitur 3tio: ob motivum absolute grave. certo

motivum scilicet, quo ad assentiendum, aut dissentiendum ducimur, debet esse certo, seu ex certa cognitione, tale, ut sit aptum movere ad assensum, vel dissensum hominem naturaliter omnibus acutum, sagacem, pium, et prudentem, adeo ut motivum illud grave non appareat ex indispositione judicantis, aut etiam ex vehementi passione, pertinacia, inordinatione affectuum, ac negligentia inquirendi. Dicitur 4to: ob motivum respective grave: Ad probabilitatem solidam scilicet, de qua loquimur, et ut motivum ad assensum movens revera grave sit, et rationabile, requiritur, praeter dicta, ut etiam motiva sententiae oppositae diligenter perpendantur, et examinentur, ac inter se comparentur, et hac comparatione facta suum pondus adhuc retineat. Si enim rationes, quae pro una stant parte, certae, infallibiles, ac evidentiae fuerint, motivum his oppositum omnino enervatur, et eliditur, adeo ut nisi per summam imprudentiam sententiae illi intellectus possit assentiri. Certitudo enim, et evidentia contra se probabilitatem solidam non patitur. Atque ex hoc capite nulla haeresis, nulla propositio ab Ecclesia Catholica damnata probabilis esse fit, licet fortassis pro ea militent argumenta,

qui nonnisi apud armorum a viro catholico stare posset, quo vindicet ne timi, ubi, et cubi auctoritas infallibilis omne pondus aufert praedictis argumentis, ostendens omnia pura figmenta, ac putrida sophismata. Quapropter diligantur notanda, ac prae oculis semper habenda sequens regula, quam Favilus, ut allegat Gonzalez in Tom. de Conscientia probabili Quaest. 2 num. et Quaest. 5 num 12, Stephanus de Camps in Tractatu Quaestionis facti Cani P. Gravina in Conclusionibus Theologicis Graeco-Ethicis, Paulus Ranerus, ac passim omnes Scriptores Theologi Probabilistae, si non expresse verbis, saltem quoad substantiam, tradunt. Esto itaque regula.

176 Ut sententia aliqua sit vere, et solide probabilis, et ipsi assensus praeberi possit, requiritur primo, ut neque scripturae sacrae auctoritati, neque Traditioni, neque Conciliorum, et Ecclesiae ac Summorum Pontificum doctrinae ac decretis, neque communi Sanctorum Patrum consensui, neque rationi evidenti adversetur, immo neque communi Theologorum placitis contrarietur, nisi horum auctoritatem infringant novae, et majoris momenti rationes diligenter perpensae, ac ut tales a viris doctis probisque cognitae et admissae. 2.° requiritur, ut pro ipsa rationes verae graves, ac solidae a viris doctis, ac piis expertae, ac ut tales recognitae militent, quibus et suffragium virorum sapientium, piorumque ac prudentium accedat.

177 Dicitur ultimo ad motivum grave licet de se fallibile. Ut enim judicium sit probabile non requiritur, ut illius motiva sint certo, et evidenter, ac infallibiliter connexa cum veritate objecti sed sufficit, quod gravi, solidaque ratione, ut supra explicatum est aliquem ad assentiendum inducant; licet forte cum rei veritate sit inconnexa: quinimo est de ratione judicii probabilis, ut componibile sit cum formidine saltem radicali, quatenus scilicet motiva ita fortia, ac valida non sunt, ut intellectus super ea reflectens nequeat formare ac dicere forte fallor. Dixi autem cum formidine radicali, quia licet actualis formido, seu actus tribuitur formidolosus, licet communis nossit, tamen non semper, imo raro communiter cum judicio probabili conjunctus talis: atque adeo actualis formido ad judicium probabile non se habet, sicuti actualis certitudo, et evidentia se habent ad judicium certum, et evidens. Contra enim, et certitudo ex motivo quod certo, ac evidenti oriuntur, sic ex motivo probabilitas ex motivo quo fallibili: nam nascitur ex motivis quae veri, ac robusta, et solida.

178 Atque ex his patet discrimen judicii probabilis a judicio vero, certo ac etiam evidenti. A vero quia judicium verum requirit objectum existere eo modo, quo a judicio enunciatur: contra judicium probabile tantum exigit pro eo affirmando haberi motiva gravia; non autem rem ita se habere, ac ab ipso enunciatur. A judicio certo, quia de ratione certitudinis est quamcumque pellere dubitationem, et timorem excludere quinimo loquendo de certitudine, formidine, quae sola certitudinis nomen meretur, esse cum objecti veritate conjuncta: contra omnia occurrunt in probabili judicio. Tandem et ab evidenti judicio: nam judicium evidens praeter quamque objecti sui veritatem dicat, ita rem seu ratio etiam intellectum ad sui assensum compellere; cujus neutrum in probabili judicio habetur.

179 Hinc patet, et necessario componitur probabilitas solida et cum ea probabilio, de quo in praesenti sermo est, onus et omnino distare a probabili Academicorum, quod tanquam suavissimum rejicit S. Aug. in libris contra ipsos Academicos conscriptis, cum quo primitivo scholasticorum, seu Probabilistarum probabilitatem confundere nonnulli etiam Catholici audere debuerat. Academici enim, quos Aug. impugnat, omnem certitudinem, ac scientiam

tam a sensibus, et ratione, quam ab auctoritate derivatam negantes, imo omnem regulam, ac principium moralitatis certum, ac infallibile inficiabantur: quod tamen solida probabilitas ultro admittit. Eius enim auctores ultro admittunt, et tentantur plura principia tamquam omnino certa, et infallibilia, sicuti et proximam morum regulam saltem moraliter certam esse debere: Secundo Academici omnia in dubitationis chaos involventes alterutrum omnem excludebant, ac intellectum inter utramque contradictionis extremum anxium stare debere esse metiebant. Quae et scholastici ultro rejiciunt: Tertio tandem ipsi Academici solam veritatis apparentiam utrumque indifferentem ad rationabilem, vel irrationabilem operandi modum, sejunctam a regula tum remota tum proxima honestatis operis infallibili, ac indubitata ad licite operandum sufficere arbitrabantur: Quod etiam tanquam impium scholastica probabilitas detestatur, quia sic ad omne flagitiorum genus via aperiretur, cum delectabilitatis ratione efficere possit, ut quod magis allicit, magis, vel saltem bonum appareat. Hinc merito ipse D. Augustinus lib. 19 de Civit. Dei cap. 17 seu Academicos rejectatur = Quod autem attinet ad istam differentiam, quam de Academicis novis Varro adhibuit, quibus incerta sunt omnia, omnino Civitas Dei talem dubitationem tamquam dementiam detestatur, habens de rebus, quas mente, atque ratione comprehendit, etiamsi parvam, propter corpus corruptibile, quod aggravat animam, tamen certissimam scientiam = Et cum lib. 2 Contra Academicos, nec cap. 11 praemisisset genus probabilitatis ab ipsis commissum inquiens = Id probabile, vel verisimile Academici vocant, quod nos ad agendum sine assensione potest invitare = lib. 3 cap. 16 contra M. Tullium Ciceronem ostendit, fieri posse, ut juvenis bonum ducat alterius thalamum violare, ita argumentando = Si aliquis adolescentium cum hos audierit dicentes. turpe est errare, et ideo nulli rei consentire. debemus; sed tamen cum agit quisque, quod ei videtur probabile, nec peccat, nec errat; illud tantum meminerit, quidquid occurrit, vel animo, vel sensibus, non pro vero esse approbandum: Id igitur audiens adolescens insidiabitur pudicitiae uxoris alienae . . . Adulterabit ergo ille, si docet, uxorem conjugem alienam = Quid clarius pro discrimine probabilis scholastici, et Academicorum. Ex quo etiam constat, discrimen quod intercedit inter probabile scholasticum et omne verisimile, aut probabile vulgare, idest quod vulgo apparet.

80 Sequitur secundo, male a quibusdam confundi probabile scholasticum cum tenuiter, vel leviter probabili et a magis cum improbabili perinde. Primo enim seu judicium tenuiter, seu leviter probabile illud est, quod licet aliquo fulciatur lenissimo seu motivo; illud tamen non est tale, ut valeat hominem vere prudentem, circumspectum et mediocrem ad assensum, aut dissensum movere, vel quia contra illud militat momentum validissimum, vel illud de se non est sufficiens ad movendum ac prudentem assensum. Secundo autem seu judicium improbabile illud est, quod nullo gravi nititur fundamento. Hinc solide probabile de quo in praesenti loquimur, non tangitur a propositione 3. ab Innocentio XI die 2. Martii 1679. proscripta = Generatim dum probabilitate sive intrinseca sive extrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus = Scholastica siquidem probabilitas non est tenuis, sed vere gravis, et solida. Et ex his

181 Ex parte scholastica probabilitas dividitur primo in intrinsecam, et extrinsecam, et per ordinem ad ipsam et ipsa quoque probabilis in probabilem ab intrinseco, et probabilem ab extrinseco. Opinio solide probabilis ab intrinseco ea est, quae ita gravi ac solida ratione innititur, eaque fulcitur, ut omnibus perpensis valeat virum doctum, pium, ac prudentem ad assensum impellere. Opinio vero solide probabilis ab extrinseco ea est, pro qua Doctorum vere sapientum, piorum, ac prudentum stat suffragium post rei maturum, ac serium examen derivatum, ac interpositum. Quando autem pro una, eademque sententia militat tum perfecta gravis rationis tum auctoritatis opinio illa est, et dicitur suis numeris absolute probabilis.

182 Verum ne hic videamur labi in propositionem 27. ab Alexandro VII damnatam, quae est hujus tenoris = Si liber sit alicujus junioris, et Moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constat, rejectam esse a Sede Apostolica tamquam improbabilem = Advertendum, ac diligenter notandum est, multum [illegible] P. Danielem Concina in sua de Probabilismo Historia, [illegible] ac nonnullos asseclas suos dicentes, Probabilistas docere unius vel alterius Doctoris auctoritatem esse sufficiens momentum ad faciendam sententiam aliquam vere probabilem. Probabilistae ex actis eorum, praesertim Jesuitae, ut ostendit P. Cardenas in [illegible] Christ. Theologia Dissert. [illegible] cap. 8., docent, ad solidam, veramque probabilitatem extrinsecam non modo non sufficere unum, vel alterum Doctorem, sed neque plures, nisi sint omni exceptione majores. Hinc ad hoc ut Doctorum Auctoritas reddat opinionem aliquam vere, solideque ab extrinseco nimirum probabilem, sequentes exigunt conditiones.

183 Prima est ut sententia opposita ne moraliter quidem certa sit, quia videlicet contra certitudinem vera [illegible] non sit probabilitas. Altera est, ut fundamentum, cui talis nititur sententia, vere grave, ac solidum sit; si enim ratio infirma sit, auctoritas Doctorum firma non facit fidem, quia nempe cum auctoritas hujus, vel illius, ac etiam plurium Doctorum auctoritas [illegible] aliquam vere probabilem reddit, quatenus gravi, perito [illegible] praesumitur. Quare ad rem praesentem facit regula a S. Augustino tradita Epist. olim 19. nunc 82. ad S. Hieronymum Cap. 1. et refertur [illegible] dist. 9. can. Ego solis, ubi sic scribit = Ego fateor Charitati tuae, solis eis Scripturarum libris, qui jam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse, firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minime intellexisse, non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, doctrinaque praepolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt = Ubi notandum est hoc praesertim procedere in Doctoribus illis, qui rem pro merito non examinarunt, vel etiam de iis, qui sui dicti rationem reddunt. Si enim Classicus aliquis Doctor post rem mature examinatam, quin rationem sui dicti aperiat, aliquid asserat, praesumendum est gravi ratione adductum id asserendum, nisi caeterae desint conditiones.

184 Tertia conditio est, ut Doctor ille, seu Doctores, quorum auctoritate nunc sermo est, sint auctores classici, seu omni exceptione majores. Is autem auctor dicitur omni exceptione major

Qui sit valdè peritus tùm juris nãlis, tùm etiam positivi, qui firmis ac validis rãtib. consueverit conclusiones suas ponderare, qui veritatis, et non novitatis amator cognoscatur, nec improbabilia plura docere consueverit, ac qui aliorum fundamenta plene discusserit, et expenderit, adeò ut prudenter credi possit alios etiam doctissimos eidem opinioni subscripturos. Ita contingit in opinionib., quas D. Thomas posuit adversus communem Antiquorum doctrinam; quod optimè advertit Collegii de conscientia probabili dubio ri. dicens = Doctor Angelicus Doctor multa scripsit, et docuit contra alios, qui ante ipsum scripserunt, et tn̄ ejus opiniones statim ac ab ipso traditæ sunt, existimandæ sunt probabiles, tùm propter maximam ejus auctoritatem apud Theologos, tùm quia non levib., sed rationabilib. fundatis ductus est ad sic opinandum = Ex quo planum fit, quòd licèt hic, vel ille auctor particularis regulariter non reddat ~~hoc ipso~~ sententiam ~~suam~~ solidè probabilem hoc ipso, quod ab ipso docetur; possit tn̄, si superiorib. requisitis muniatur, ut factum legimus in doctrina Sanctorum Patrum Augustini, Thomæ, aliorumque; quod neque Probabilioristæ inficiari audebunt.

185. Secundò Probabilitas, et opinio probabilis dividitur in objectivam, et subjectivam. Objectiva ea est, quæ pro se habet fundamentum aliquod grave, ac robustum, et tale cognitum, et approbatum à viris verè probis, piis, doctis, ac prudentibus. Atque ea est, de qua Aristoteles l. Topic. cap. 1, et post ipsum D. Thomas opusculo de Fallaciis cap. 2 apud Card. Gotti inquit = Probabilia dicuntur quæ videntur omnib., vel pluribus, vel sapientibus, aut omnib., ~~vel~~ præcipuis, et maximè notis = Subjectiva ea est, quæ tota se tenet ex parte ejus operantis, ac habetur, quando ipse operans existimat, ac sibi persuadet se operari ductus ratione verè gravi, solida, dignaque prudentis assensu. Qua ne fallamur per, oculis habendum semper est monitum Spiritus Sancti Prov. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ ... Ne sis sapiens apud te metipsum. Facile enim accidit, ut experientia monstrat, nobis ne dum probabilia, sed etiam probabiliora videri, quæ utilia, aut utiliora nobis, ac nostris sunt, improbabilia verò, sive minus vel probabilia, quæ aliaris forent concedenda. Sumus enim talis naturæ ut affectibus pravis facilè ducamur. Quare in praxi semper aliorum praesertim doctorum, ac verè proborum, nisi non horum habenda est auctoritas, quoad usque non constat, eos decipere, aut decipi voluisse, quinimo consulendi sunt ac extra omnem animi affectionem illorum rationes, ac momenta diligenter examinanda, antequam vel eorum auctoritate contemnamus, et flocci habeamus, ut plerumque à nonnullis fieri solet, quasi ipsi soli essent infallibiles veritatis regulæ, ac ipsis tantùm doctrina esset adscribenda; cæteros interim tanquam præjudiciis actos conclamantes.

186. Tertiò Probabilitas, et opinio probabilis dividitur in speculativam, et practicam. Speculativa ea est, quæ licèt gravi suo nixa sit fundamento, solummodo tamen de veritate, aut falsitate objecti enuntiat, interim nihil dicens de praxi, aut de circumstantiis saltem omnib., quæ praxim ipsam comitantur. V.g. hæc opinio Valet baptismus in aqua rosacea: est quidem speculativè, sed non practicè probabilis, quia licèt probabiliter, aut etiam probabilius prædicta aqua sit naturalis: attn̄ quia in materia sacramentorum, dum haberi potest materia certa, ea adhibenda est, hoc exigente salute spirituali proximi, ac etiam reverentia sacramento debita,

licitum extra necessitatis casum

ea opinio non est practice probabilis, neque ad praxim deduci potest. Contra practice probabilis ea est, et dicitur, quae gravi nixa fundamento non tantum de objecto ipso, sed etiam de ipsa praxi enunciat, atque omnibus circumstantiis quae ipsam praxim comitantur, diligenter perpensis dicit hic et nunc hoc, vel illud licite fieri posse. Talis est sententia S. Thomae, Bonaventurae, Antonini, aliorumque plurium Theologorum nullam obligationem imponens poenitenti hic et nunc confitendi necessarie circumstantias tantum aggravantes intra eandem speciem: vel etiam talis est sententia nullam agnoscens in peccatore obligationem confitendi statim post admissum peccatum mortale. Ex quibus patet, non semper opinionem aliquam posse dici, aut esse practice probabilem, ex eo quod sit speculative talis; sicuti neque ex eo quod aliqua sententia directa sit probabilis sequitur quod reflexam etiam talem sit, ex quo solum probabile sit, domum aliquam ad Petrum pertinere, statim non sequitur judicem eam posse illi adjudicare, ut meditanti patet. Quae omnia bene semper prae oculis habenda sunt, ne de una in aliam quaestionem saltitemus.

187 Tandem probabilitas, ac opinio probabilis dividitur in absolute probabilem, in aequi-probabilem, probabiliorem et probabilissimam; cui addi potest alia divisio, in certo probabilem, probabiliter probabilem, tenuiter probabilem, et dubie probabilem. Absolute, seu etiam positive probabilis est ea opinio, quae gravibus, ac solidis innixa est motivis, non considerando ab eo quod etiam opposita sit probabilis [illegible]. Aequi-probabilis ea est quae gravibus quidem nititur motivis, ac rationibus, ita tamen ut eius opposita pro se aequales habeat adeo ut post maturum rei examen a viro docto nequeat ullum in ratione et assensum movendi discrimen adinveniri. Probabilior ea dicitur, quae validiorem rationum, ac motivorum pondere munitur prae opposita, quamvis et huius fundamenta sint gravia. Probabilissima est, quae talibus innixa est fundamentis, ut licet promissio ad certitudinem gignendam non pertingat, ubi vix dubitandi locum relinquit, et nihil de opposito habet, quod valide retrahat ab assensu. Certo probabilis est, pro qua certo constat, graves militare rationes. Talis est sententia communiter in aliqua schola V. G. Thomistica, Scotistica [illegible] recepta. Probabiliter probabilis est ea, quae probabile tantum est gravi fundamento inniti. Tenuiter probabilis est pro qua vix habetur aliqua tenuis ratio. Dicitur etiam probabilem tandem dubie probabilis est. De quo, an probabilis sit, dubitatur. His ita expositis quid licitum sit in probabilibus, inquiramus.

Articulus secundus.

§ j. De Tutiorismo Rigido

188 Jam diximus Tutiorismum rigidum totum in eo consistere quod in incertis, adest ubi non certitudinem aliquam non sequitur, nobis ne probabilissimam quidem sequi permittat sententiam inter probabiles. In quo systemate, ne extra scopum ire agimur a [illegible] argumentis ab adversariis [illegible], praeter dicta a num. 116 usque ad numerum 122, hic notandum primo est, ut jam num. 186 innuimus separandas esse minores sententias probabiles tantum ab opinionibus practice talibus, sicuti et eas quae valorem tantum actus futurum respiciunt, ab iis, quae de honestate, ac licito tantum enunciant. Si enim ad praxim deducere vellemus quamvis

tantum speculative probabiles, aut etiam probabiliores. Si enim et eos one
valorem actus, aut factum tangunt, statim in oppositum cedunt: verum
certum casum proponens exemplum dic si pueris administrare vellet
baptismum in aqua rosacea, liceat tanquam probabilius credere esse
aquam naturalem, et obstaret praeceptum charitatis de salute spi-
rituali proximi, item de reverentia sacramento debita: idem
dic de volente consecrare in materia dubia: Sic etiam si quis vellet
porrigere potum probabilius veneno non infectum, et obstaret jus cer-
tum, quod habet proximus in vitam suam idem dic de eo, qui vel-
let sagittam jacere in hominem probabilius belluam credendum: Sic tandem
[redacted] si medicus obligaret praefere aegroto medicinam tantum pro-
babilius sanaturam, relicta certa, et obstaret pactum, aut officium,
quo se obligavit ad remedio certo, si haec haberi possent. Quare tota
quanta est praesens difficultas, devolvitur de eas sententias, quae tantum
de licito, et honesto agunt, quibus nullum certum pactum pa-
ctum, aut conventio obsistit

189 Notandum est secundo, praesentem hanc quaestionem
confundendam non esse cum ea, in qua disputatur, an dictamen practi-
cum debeat esse certum, et quomodo in probabilibus efformari pos-
sit. De hac enim satis plura diximus a num. 88, et sequentibus. Item
notandum est, hic alte perfundendam esse difficultatem, an pos-
sibilis sit ignorantia invincibilis circa praecepta naturalia? de qua
in tractatu de conscientia [illegible] praeteriti nunc supponendo, esse
dari posse, atque a peccato excusare: Sicuti et nunc praescinde-
re juvat a quaestione. An videlicet opera facta ex ignorantia in-
vincibili, et bona fide tanquam licita existimata sint bona,
et honesta et quidem in genere morum? De qua difficultate satis
egimus num. 18, et pluribus sequentibus. His notatis esto.

190 Propositio. Ubi agitur tantum de licito, et hone-
sto, et ubi ne moralis quidem certitudo de liceitate, aut illiceitate
actionis directe haberi fit, liceat sequi probabilissimam a liber-
tate stantem, et etiam vere, [certo], [illegible] probabilem pro ipsa liber-
tate militantem, si opinio stans a lege non est vere probabi-
lis. Ita omnes Catholici Theologi contra Rigidos Tutioristas. Duas partes
habet propositio quae quoad primam partem licet satis constare debe-
ret ex decreto Alexandri VIII. die septimo [illegible] anno 1690 dam-
nantis tanquam temerarias, scandalosas, male sonantes, injuriosas,
haeresi proximas haeresim sapientes, erroneas, schismaticas et hae-
reticas respective 31 propositiones, inter quas tertia sic sonat = Non
licet sequi vel inter probabiles probabilissimam = quamvis, inquam,
satis constare deberet ex praedicta damnatione: Nihilominus

Probatur hoc pacto. Et primo. Negato tanquam li-
cito usu opinionis probabilissimae pro libertate stantis, et [illegible]
circa liceitatem, et honestatem [illegible], sequeretur primo quod Deus
amplius suaviter omnia non disponeret; contra illud Sap. 8. Disponit
omnia suaviter. [illegible], quod lex Christi non esset jugum suave, et onus leve,
contra illud Matth. 11 jugum meum suave est, et onus meum leve
et illud [illegible] 5 haec est enim charitas Dei, et mandata ejus cu-
stodiamus, et mandata ejus gravia non sunt. Tertio, quod ali-
qua [illegible] haberent etiam justis essent moraliter impossibilia
observatu [illegible], [illegible] propositionem [illegible] a Clemente XI dam- [Immo Innocentio X ... Alexandro VII et etiam]
natam, et mentem Trid. sess. 6 Can. [illegible] = Nemo temeraria
illa, et a Patribus sub anathemate prohibita voce uti debet Dei prae-
cepta homini justificato ad observandum esse impossibilia = supponta

enim obligatione standi pro lege etiam quando vel levis pendet pro eius
existentia militat, ac pro libertate non stat directa certitudo, licet
pro ea habeatur plenior probabilitas, vix esset quis quod homini permis-
sum est, vix locus homini daretur, ut in domesticis rebus sibi possit provi-
dere, vix homini docto concederetur, consilium posse aliis praebere, ac
quod forensia possit exercere judicia, et reo, vel actori favere, a
clementiaque, unico quasi semper deest certitudo: vix mercator con-
tractus inire liceret, cum pleraque sint negotia, quae certo lucrum
exponant; ac proinde implicatissimum totum redderetur commer-
cium quod certe cum suavi Dei providentia non cohaeret, neque cum
suavitate, ac levitate oneris Dei legis; neque etiam cum facilitate, ac
morali observantia mandatorum possibilitate. Homines enim un-
dique exinanirent spem salutis suae, attenta eorum fragilitate, et manda-
torum multiplicitate, qui relictam viderent, facile possent excutere
ac libertati, vitiisque se darent, ut docet S. Thomas 1. 2. Q. 20. A. 4 =
sublata spe, irrefrenate homines labuntur ad vitia, et a bonis labori-
bus retrahuntur = Hinc alte insidet menti, quod in Regula juris
31. in Sexto dicitur: Qui certus est, certiorari ulterius non quaerat.
Et sane licet opinio probabilissima admittat contra se rationes ali-
quas; eae tamen, ut advertit Gerson, contemnendae sunt ad instar scru-
pulorum, qui contra moralem certitudinem insurgunt; si ergo
ergo moralis certitudo ad licitam operationem sufficit, ita et suf-
ficiat summa probabilitas, quae circa licitum, et honestum
versatur, licet ergo secundum probabilissimam pro libertate stante
operari. Haec eadem veritas ulterius suadetur. Nam usus
191 opinionis inter probabiles probabilissimae in sensu conclusionis,
conformis est prudentiae regulis, Ecclesiae praxi, Sanctorum do-
ctrinae, ac Theologorum factis; ergo certe talis usus licitus est
[illegible] notat. Probatur ant., et quoad primam partem patet vel ex
[illegible] dato ubi dicitur, et con-
silio Spiritus Sancti Ecclesiastici [illegible], ac sapientie
nuntur, ut in nobis consiliis pluries [illegible], ac sapientie
virorum acquiescimus, est enim Spiritus Sancti: In multitudine
presbyterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde
conjungere; atqui in casu nostro operans sequitur dictum
omnium virorum sapientum, et prudentum; ergo talis usus est con-
formis prudentiae regulis. Quoad secundam vero partem patet. Compro-
batur ex jure canonico, ac Summorum Pontificum Constitutionibus ac
[illegible] opinionis probabilioris
probabilioris ex licito usu. Ut enim permulta praetermittam
clare ostenditur ex Curiae Inquisitionis [illegible]
nocentius III. Summus Pontifex Episcopo [illegible] quaerenti, quid fa-
ciendum esset pro conjuges bona fide contrahentes, et postea dubitantes
valore sui matrimonii, respondit, quod si dubitant ex levi, alter
[illegible] credulitate et [illegible]
[illegible] et Clemens V approbante Concilio
Viennensi in Capite Fidei Catholicae in Clementina [illegible]
et Fide Catholica ubi [illegible] dixit, se sequi opinionem quandam
quia probabilior erat, inquiens = Opinionem secundam tamquam
probabiliorem, et dictis Sanctorum, ac Doctorum modernorum Theolo-
gorum magis consonam, et concordem sacro approbante Concilio duxi-
mus eligendam = Secundum jus canonicum ergo, et Summorum Ponti-
ficum decreto nobis licet sequi probabilissimam, relicta quae
contra se nonnisi leves posset habere conjecturas, seu etiam
probabiliorem contra solide probabilem. Tandem autem quoad
tertiam partem apertissime constat ex controversiis inter [illegible]
cos Patres, ac Theologos habitis et quidem [illegible]
[illegible] licet ergo sequi sententiam inter probabiles probabilissimam

[illegible] non [illegible]
[illegible] in [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

92\. Nunc prob. 2da propositionis pars, licet ea satis probata esse deberet ex jam adductis; et quidem primo auctoritate S. Thomae qui Quodlibet. 8 A. 13. in Argumento sed contra de habente plures praebendas ait = si aliquis adhibet diligentiam inquirens, an habere plures praebendas sit licitum, nec invenit aliquid, quod ipsum moveat ad hoc, quod sit illicitum, videtur, quod sine peccato plures possit habere praebendas = ex quo ita subsumo: sed quando quis adhibita sufficienti diligentia ad veritatem inveniendam assecutus est opinionem veri, solidam, ac unicam probabilem pro libertate militantem, nihil habet, et invenit, quod moveat ad hoc, quod eius [illegible] operari sit illicitum; ergo &c. Hinc S. Antoninus fidelis discipulus sui Praeceptoris parte 2da tit. 1 cap. 11. ita praedictum locum sui magistri exponit = Notandum est, quod dicit B. Thomas in quadam quaestione de Quodlibetis, videlicet quod quaestio, qua quaeritur de aliquo actu, utrum sit peccatum mortale, vel non, nisi ad hoc habeatur auctoritas expressa scripturae sacrae aut canonis, seu determinationis ecclesiae, vel evidens ratio, nonnisi periculosissime determinatur. Nam si determinetur, quod sit mortale, et non sit, mortaliter peccabit contrafaciens, quia omne, quod est contra conscientiam, aedificat ad gehennam, ut dicitur 28. q. 1. S. ex his. Si autem determinetur, quod non sit mortale, et secundum rei veritatem sit, error suus non excusabit eum a mortali. Sed hoc secundum videtur sane intelligendum, quando scilicet errat ex crassa ignorantia, secus si ex probabili; puta quia consuluit peritos in tali materia, a quibus sibi dicitur, illud tale non esse mortale; videtur enim tunc in eo esse ignorantia quasi invincibilis, quae excusat a toto, et hoc quantum ad ea, quae non sunt expresse contra jus divinum, vel naturale, aut contra Articulos fidei & eam praecepta, et hujusmodi, in quibus ignorans ignorabitur ut ait Apostolus = Quid clarius pro nostra sententia, in qua gravis ratio pro libertate militat, et auctoritas virorum prudentum, ac sapientum, et nihil tale pro lege ergo &c.

93\. Accedit ratio. Qui sequitur dictam opinionem unicam, solidam que probabilis pro libertate stantis, ex gravi solidoque [illegible] ita [illegible], ut nisi imprudenter de ejus opposito suspicari possit, sed qui ex una parte ex gravi, solidoque fundamento [illegible], et ex alia nonnisi imprudenter suspicari potest de opposito, licite [illegible] nonnisi imprudenter [illegible] tenetur ad omissionem actus, ergo &c. Stat ergo nedum licere sequi sententiam vel etiam probabilem pro libertate, sed etiam unicam solidamque probabilem pro libertate militantem [illegible]. Adversarios vero [illegible] audiamus.

94\. Opponunt itaque primo ab Auctoritate Scripturarum, et S. Patrum, primo plura congerentes testimonia quibus probare conantur dari non posse ignorantiam invincibilem [illegible] ne [illegible] conclusiones 2do nonnulla [illegible] in medium afferentes, quibus intendunt ostendere semper pro lege [illegible] [illegible] tutiorem sequi [illegible], nec certo constat de libertate usum, quoniam priora ad rem non faciunt, tum quia praeceptis [illegible] toto caelo ab eo diversum est, et alibi discutienda, tum quia hic veluti certum supponimus, ut facta sufficienti ad inveniendam veritatem diligentia nonnisi levi fundamento pro lege habetur, validissima autem ratio pro libertate [illegible]. Omissis itaque aliis, haec sunt praecipua, quae ex [illegible] conservant [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] legem et [illegible]

ex toto corde et ex tota anima custodiamus, et impleamus, uti consistit illud Matth. 22 ubi scriba legis tentans interrogavit, quid faciendo vitam aeternam possideret, dixit = Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, et ex totis viribus tuis &c. = ex quo ita [illegible] [illegible] sed qui probabilissima inter probabiles, vel etiam unicam solum tantum probabilem sequitur, relicta aliquo modo probabili pro lege, ex toto corde ex tota mente, et ex totis viribus mandata Dei non custodit, et servare est contra illud Proverb. 7; ubi Deus in hunc modum praecipit = Custodi sermones meos, et praecepta mea ... serva mandata mea ... et legem meam quasi pupillam oculi tui: liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui = et ad maximum, cum tunc non praecavetur peccandi periculum, cum taliter operans se exponat periculo legem Divinam violandi: cautum enim non habet, sed quinimo timet legem Divinam existere prohibentem quod jam est contra illud Ecclesiast. 3. V. 27. Qui amat periculum, in illo peribit ergo non licet sequi vel inter probabiles probabilissimam, nedum unicam, solitamque probabilem

Secundo loco opponunt illud prim. Thessalon. 5: Omnia probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Et illud Matth. 7. Intrate per angustam portam, quia lata porta, et spaciosa via est, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta, et via est, quae ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam. Quae certe opponuntur uti probabilissimae, ac etiam unicae solitaeque probabilis sententiae. Nam concesso licito usu talium opinionum, semper bonum non teneretur, quia opinio etiam probabilissima sit adhuc falsa; item ab omni specie mali non foret abstinendum: ac etiam via, quae ad caelum ducit dilataretur, cum plures opiniones probabiles [illegible] ad magis unicae, solidaeque probabiles pro libertate inveniuntur. Et hinc merito ita [illegible] proponendum est illud Proverb. 14 V. 12 est via, quae videtur homini justa; novissima autem ejus deducunt ad mortem. et semper in mente habeant illud Psal. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: ergo etc.

195 [illegible] Patribus autem objiciunt primo S. August. lib. I de Utilitate credendi [illegible] = Tria sunt velut finitima sibimet in animis hominum distinctione dignissima, intelligere, credere, opinari, quae si per se ipsa considerentur, primum sine vitio est; secundum aliquando cum vitio, tertium nunquam sine vitio = ex quo [illegible] [illegible], ergo et sequi opinione probabilissima et a fortiori unica ac solitaque probabilem vitiosum est ergo non licet [illegible] [illegible], [illegible] lib. I de Baptismo contra Donatistas [illegible] [illegible] in re ad salutem pertinentibus vel hoc ipso, quod [illegible] sis incerta praeponantur: [illegible] peccavit, certum est [illegible] Hom. [illegible] tenet [illegible] ergo cum sententiae probabilissimae et a fortiori unicae licet [illegible] probabiles ad certitudinem non pertineant [illegible] legem secundum illas operari non liceat.

Opponunt Praeterea [illegible] [illegible] Augustini discipulus Quodlibeto 8 A. 13 inquiens = Illud, quod agitur contra legem, semper est malum, nec excusatur per hoc, quod est secundum conscientiam = et Quodlibeto 9. A. 15. habet ignorantia = Error, quo non creditur [illegible], quod est peccati mortale, conscientiam [illegible] a toto licet fortasse excusat a tanto: quod confirmat [illegible] Quodlibeto 3 A. 10, ubi [illegible], quod in ijs, quae ad fidem et mores [illegible], locum habet illud Apost. Rom. 14: Omne quod non est ex fide, peccatum est [illegible] opinionibus [illegible] subjungit = In his nullus excusatur, si sequatur erroneam opinionem alicujus magistri: in talibus enim ignorantia non excusat = Ergo &

cât quis sequatur ductû opinionis probabilissimæ, vel unicæ, solidæque probabilis, cui hæc potius suadere aliqd saltem aliquid contra legem dnãm mãale; tn̄ à peccato non excusatur. His addi possent nonnulla ex Decretis summorum Pontificum, ac ecclesiasticis constitutionibus, quia vero cum de his satis diximus in expositione canonici, primi. ... In dubiis tutior pars est eligenda, eadem relegas, et proinde rim hic suscitare: Siuti et relegas nonnullos hi respondeo, et soluta à ratione derivata.

Respondeo ex relatis, aut similibus, quæ afferri possunt, scripturæ testimoniis, nihil pro Rigoristarum sententia concludi posse. Non jam ex duobus prioribus: ex iis enim nihil aliud evincei potest quam quod homo uti debeat morali diligentia ad inquirendam dnãm legem necessaria, quâ lege divina cognita debet illam ita ex toto corde, et in tota mente, et totis viribus suis præ oculis semper habere, custodire, et servare, ut nulla difficultate ab exsecutione retardetur; ac si opus sit, etiam vitam perdere, ac sanguinem fundere paratus sit, quam vel leviter, graviter saltem, obedire ac eius legem violare, ac proinde ipsi fugiendum est proximum periculum, in quo prudenter dubitat se illam legem violaturum. Non probatur autem quod homo ita ex toto corde debeat dnãm legem observare, ut (cui subesse lex aliqua) cum nonnisi ex levissimo fundamento, adeoque imprudenter existimat legem aliquam existere, quæ libertatem suam coerceat: quod eveniret in casu nostræ conclusionis. Quia sequitur, ut supra ostendimus, lex Xti amplius non esset jugum suave, et onus leve, ac Deus suaviter omnia non disponeret, quinimo moraliter impossibilia præciperet. Ex duobus ergo prioribus scripturæ testimoniis nihil concludi potest contra nostram sententiam.

Quod attinet ad tertium, nempe ... illud Eccles. Qui amat periculum in illo peribit: distinguere oportet inter periculum formale, proximum, seu morale, et inter periculum remotum, materiale dictum. Periculum formale, proximum, seu morale, illud est, in quo homo positus spectatis omnibus circumstantiis prudenter, et rationabiliter timet, ne sit peccaturus (x). Remotum vero, seu materiale illud est, in quo omnibus vero perspectis homo constitutus nonnisi imprudenter suspicari, ac dubitare ... de lapsu in culpam.

(x) quo possit prudenter judicare, ne sit peccaturus

Jam vero Salomon in præcitato loco de primo, et non de secundo periculo loquitur, quia secus, ut ait Aptus Corin. 5. V. 10. ad vitandum peccatum nobis opus esset de hoc mundo exire, cum ubique periculum materiale remotum inveniatur. Atqui in casu nostro nonnisi periculum materiale remotum occurrit, cum nonnisi imprudenter timeri possit transgressio dnæ legis, ergo etc. Atque ex his etiam patet ad quartum scripturæ testimonium, quo scilicet nomine ubi præcipitur diligens examen pro veritate inveniendo, ac fugam periculi peccati, formalis, et proximi peccati, ac etiam legem cuiuscunque operis, quod tanquam malum prudenter judicatur, ita ut nonnisi imprudenter bonum censeat. Nam secus quod ... contra casus quod nonnisi per summam impietatem ... fit.

Ad quintum tandem, quidem, angustam esse portam et viam quæ ad cœlum ducit, latam item esse portam, et ... viam quæ ducit ad perditionem. Verum hoc non ... in nostro systemate ... esse ... naturæ corruptela ... aut exequi etiam præcepta certa, quia videlicet plura sunt, quæ ... trahunt ab eorum observantia, nempe primo quia prædicta præcepta opposita sunt carni, quæ suis illecebris mentem obtenebrat, item contraria sunt mundo, qui suis blandimentis ... et ... dæmonis insidiis, nos ubique ... circumveniens

vo quia [illegible] est et nos mundanis curis [illegible] non capiamus, quanto omnes sit cura in exequendis Domini mandatis utcunque segnem ducam. Non autem ita angusta est via quae ducit ad coelum, qualem Rigoristae [illegible]; imponunt enim onera, et onera importabilia, ut hinc homines [illegible] in desperationem [illegible] [illegible] [illegible] non consonat cum suavitate jugi Christi, et levitate oneris ejus. Ideo et merito objici ipsis potest, quod [illegible] loco opponunt eorum nempe viam esse, quae homini videtur justa, quae [illegible] hominem ipsum deducit in mortem nisi [illegible] [illegible], in Salomone sermone habere de ignorantia vincibili, idest de iis, qui per ignorantiam vincibilem aliquid tanquam licitum credunt, quod revera malum est. Atque ex his solutum habes argumentum a scriptura et patribus; [illegible] Patres
16 [illegible] [illegible] Augustinus [illegible] se primo loco opponimus.
197 Doctoris nihil [illegible] potest. In mente enim Augustini non fuit [illegible] cuique opinionis [illegible] [illegible] esse, primo quia et ipsa in vitio [illegible] [illegible] [illegible] non nisi probabiliter [illegible], et [illegible], [illegible] quia [illegible] [illegible] opinari circa legem, quod neque a Rigoristis admittitur [illegible] dicendum, S. Doctorem loqui de opinione illorum qui [illegible] [illegible] negant, seu certo nesciunt rem aliquam, tamen [illegible] credulitate mala se scire existimarit, atque [illegible] [illegible] tanquam dogmata infallibilia, aut sententias scientificas [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] negligentes. Quod certe in vitio est [illegible]. Quod vero de hac opinione Augustinus loquatur, patet ex iis quae objectis verbis [illegible] praemiserat, nempe ex his = [illegible] [illegible] genera profecto improbanda, ac detestanda. Unum est opinantium, idest eorum, qui arbitrantur se scire, quod nesciunt = quae verba 18
satis indicant Augustinum loqui de opinione temeraria, et [illegible] [illegible] jactantium se scire, quod solemniter ignorant, hinc [illegible] subjungit S. Doctor = si quis quid crediderit, si se id nescire intelligat, nulla [illegible] est [illegible] autem [illegible] [illegible] turpissimum est; quod [illegible] non [illegible] qui [illegible] [illegible] se scire [illegible], si [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] se [illegible] non bene [illegible] animi [illegible] est. [illegible] primo autem vitiosorum, idest eorum, qui opinantur se scire quod nesciunt, est profecto vitiosa credulitas = S. Doctor [illegible] non [illegible] quamcunque opinionem sed temerariam credulitatem volentium [illegible], quod non sapiunt.
[illegible], quod obiciunt [illegible] Augustinus [illegible]
[illegible] contra Donatistas ac [illegible] [illegible] [illegible] primo [illegible] [illegible] qui Donatistis adhaerentes ab ipsis baptismum recipiebant [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] probabilissima vel unica, sed [illegible] probabilis, sed error [illegible] et [illegible]; [illegible] enim [illegible] Ecclesia Catholica Romana [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] in ea [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nisi [illegible] in meridie [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cum Donatistis in [illegible] [illegible] ut in baptismo, et religionis professione communicare. Ex quo [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] transferri doctrinam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ubi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] probabilis [illegible] [illegible] [illegible], quod omnino Donatistis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] ut ad praxim reduci [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
~~[illegible]~~ [illegible]
[illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] non erat [illegible] [illegible] [illegible]; quia in talibus materiis debet haberi [illegible] saltem [illegible], ut ad praxim reduci possit.
Ad tertium [illegible] satis diximus [illegible] hic subjungere placet [illegible] adversarios [illegible]. Nam ut constat ex 45, ex [illegible] conclusionem illam infert Augustinus [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

loquitur contra eos, qui usque ad finem vitæ protrahunt pænitentiam quando sententia ut[illegible] manifeste [illegible] contraria non est practice probabilis [illegible], vel etiam ex eo, quod versatur circa materiam, in qua ad praxim deduci non sit nisi sententia moraliter certa.

Quod spectat ad S. Thomam, utcumque ex locis citatis videatur potius negari ignorantiæ invincibilis præceptorum juris naturæ, quam peccari sequendo dictum opinionis probabilissimæ aut unicè solideque probabilis, quæ certè præfatam supponit ignorantiam; ac proinde extra scopum divagantur, ut supra diximus, dico S. Doctorem, ut sibi cohæreat intelligendum esse de errore crasso, seu conscientia vincibiliter erronea, et de ignorantia vincibili. Nam certò constat, S. Thomam docere, ignorantiam invincibilem à peccato, et culpa [illegible] excusare, ut patet ex dictis num.^o 192, vel etiam ex his, quæ habet 1. 2. Q. 76. A. 3. in C, ubi ait = Si sit talis ignorantia, quæ omninò sit involuntaria, sive quia est invincibilis, sive quia est ejus, quod quis scire non tenetur, talis ignorantia omninò excusat à peccato = et[x] Q. 3. A. 8. in C. = Si aliquis nesciat fornicationem esse peccatum, voluntarie quidem facit fornicationem, sed non voluntariè facit peccatum = Ex S. Thoma ergo ignorantia invincibilis à peccato excusat; sed qui sequitur sententiam probabilissimam, ac unicè, solidè tamen probabilem, laborat ignorantia invincibili malitiæ actus, ut meditanti patet; ergo &c. x De malo

18 Ad solvenda nonnulla alia Rigoristarum argumenta, notabis primò, actionem aliquam non esse peccaminosam, seu peccatum, et formalem culpam ex eo solum, quod sit contra legem æternam Dei, sed ex eo, quod est contra eam ut notam per rationis dictamen internum. Lex enim incognita nullam obligationem parit: unde ad peccandum non sufficit se cuicumque peccandi periculo exponere, sed tale periculum debet esse [illegible], formale, et morale [illegible], [illegible] contemnere, opinionem probabilissimam, aut unicè, solidè tamen probabilem esse rationem tollentem proximam et [illegible], seu dictamen rationis proximum. Sed [illegible] [illegible] [illegible] materialiter, ut [illegible] vidimus, ubi de dictamine rationis [illegible] [illegible], ut sæpe monuimus, extra scopum divagantur [illegible] [illegible] à ministro sacramentorum, à medico, judice, &c. ac aliis [illegible], ubi existimatio non facit casum, sed requiritur vera [illegible] realitas, et existentia ad finem consequendum: Illa enim [illegible] [illegible] [illegible] est a præsenti, ubi bonitas et malitia [illegible] [illegible] ratione cognitionis, intentionis ac [illegible] operantis. Tandem in nostra sententia non [illegible] meliorem esse conditionem hominis invincibiliter ignorantis, ac hominis scientis. Nam sicuti melior non est homo ægrotus, ac homo sanus, licèt hic, et non ille [illegible] non jejunando Dei præcepto, ità et in casu nostro, [illegible] [illegible] [illegible] sit melior opinione, et solùm ex malitia [illegible] homo [illegible] pejor in ordine morali evadit. Hactenus de Tutiorismo rigido. Nunc

§2. De Tutiorismo mitti et Catholico

19 [illegible] esse usum opinionis probabilissimæ, aut etiam unicè, solidè tamen probabilis [illegible] contra [illegible] Tutioristas ostenderimus; nunc ostendendum est, num quoque liceat sequi probabiliorem pro libertate, licèt sit vera, ac solidè probabilis opinio stans à lege: et hoc contra mitis Tutioristas. Isti enim licèt fateantur, et doceant operanti licere sequi probabilissimam pro libertate, negant tamen

tanquam licitum usum etiam probabilioris a libertate stantis, quando vera, solidaque ratione, seu fundamento fulcitur sententia pro lege militans ac minime in hujusmodi casibus tutiorem semper eligendam contenderent sententiam. Contra hos tamen communissima Theologorum sequuntur doctrinas, quando peractis omnibus, ac pro rei merito debito permisso examine extra ullum dubium practice probabilior apparet opinio a libertate stans posse hanc inculpate licite sequi in practicis, in quibus tantum de licito quaestio instituitur. Verum et hi quamvis sistendo generatim inter se conveniant; tamen postea inter se dividuntur. Plures enim, inter quos Thirsus Gonzalez, Simonet, Antoine, et [illegible], contendunt non sufficere, ut opinio stans a libertate sit quomodocumque probabilior; sed requirunt notabilem probabilitatis excessum. Contra alii plures, inter quos praesertim Veteres, quovis excessu contenti esse videntur. His notatis sit.

200 Propositio. Licitum est ad praxim deducere opinionem certo, practice probabiliorem circa licitum versantem, ac pro libertate ~~stantem etiam in conflictu~~ solidae, et practice probabilis pro lege stantis. Quidquid interim sit de excessu majoris probabilitatis, de quo dicemus infra. Est contra mitiores Rigoristas, estque, si non certa, saltem communissima sententia inter Catholicos Theologos. Prob. primo. In Ecclesia semper tanquam licitus semper habitus, ac cognitus fuit usus sententiae practice probabilioris faventis libertati etiam in conflictu solidae probabilis stantis a lege; ergo licitum est ad praxim deducere. Consequentia per se est manifesta. Nam cum Ecclesia, ut columna, et firmamentum veritatis, ac regula infallibilis in rebus fidei, et morum, non possit non esse [illegible] quod involvit tale quid [illegible] continuat. Prob. itaque ant. Ille usus tanquam licitus semper habitus, ac cognitus est in Ecclesia, quem ipsa facto suo comprobavit, in conscientiis dubiis summi Pontifices tenuerunt, exemplo suo SS. Patres, ac Scholastici Theologi comprobarunt, ac etiamnunc comprobant; atqui talis est usus sententiae probabilioris practice talis faventis libertati etiam in conflictu solidae probabilis pro lege; ergo. Prob. minor [illegible] per partes, et quoad primam, hoc primo patere [illegible] ex eo, quod semper mos fuit in ipsa Ecclesia, ante ad definitionem devenirent, indecisas relinquere plures controversias non tantum speculativas, sed etiam practicas, ad jus naturale spectantes, inter graves, probatosque Doctores hinc inde disputatas, ut ita unicuique quod sibi magis veritati consentaneum videretur, sentire permittendo. Quod jam patet ex pluribus Conciliis et praesertim ex Trid., et etiam ex decretis summorum Pontificum, et praesertim Innocentii XI ac Benedicti XIV in Constitutione Sollicita anno 1753 edita, ac ad communem omnium instructionem [illegible] novissimo [illegible] prohibitorum praefixa, ubi in [illegible] [illegible] praecipiunt, ut [illegible] in libris imprimendis, ac [illegible] scriptis, quam in thesibus, disputationibus, ac Praedicationibus caveant ab omni censura, et nota, nec non a quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quae adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec a Sancta Sede recognitae sint, et super iis propositionibus judicium proferatur. Quae certe nullo modo [illegible] potuissent, si statim urgeret praeceptum amplectendi sententiam legi militantem, ac ipsa est solida, ac vere probabilis. Siquidem [illegible] tribuisset ipsis observantia, ne homines veluti [illegible] ipsius Ecclesiae legis certae evaderent violatores.

x decidentis

x in decreto [illegible] 2 Martii 1679 emanato

1 [illegible] earum morum quos vivo partem clare
ostenderunt [illegible] ubi procederet non [illegible] [illegible]
[illegible] principium aliud [illegible] [illegible] est aliquando [illegible] [illegible]
[illegible] ign. qui sive propositiones, sive complexus tantum importare, clare mon-
strare, morem in ecclesia [illegible] [illegible] [illegible] communia juxta
probabilem, aut saltem probabiliorem, sive ea legi, sive libertati fave-
at. Quod et aperte confirmatur ex [illegible] [illegible] Benedicti XIV ad Italiae
[illegible], quae incipit Vix pervenit, data die 1 Novembris anno 1745
super controversia de nonnullis contractibus, an sint usurarii §. 8 ubi
questionum decisores sic alloquitur, et monet = Suis privatis opinionibus
ne nimis adhaereant, sed priusquam responsum reddant, plures scriptores
examinare, qui magis inter caeteros [illegible]. Deinde eas partes
suscipiant, quas tum ratione, tum auctoritate plane confirmatas intelli-
gunt = Sub nomine autem partium, tum ratione, tum auctoritate plane confir-
matarum quis est qui non videat venire sententias solidas, ac vere
probabiles, aut saltem probabiliores? factum est ergo, et hoc semper
in ecclesia, morem, et doctrinam sequi sententiae probabiliorem [illegible]
[illegible] [illegible] in [illegible] solide probabilis [illegible] [illegible].

2 His omnibus accedunt nonnullae dispensationes sum-
morum Pontificum in voto professionis Religiosae, nec non in matri-
monio tantum rato, licet tunc temporis solida, ac vere probabilis esset sen-
tentia talem facultatem summis Pontificibus [illegible] [illegible] [illegible]
S. Thom. 2. 2. q. 88 A. 11 [illegible] summum Pontificem dispensare non posse
in voto castitatis religionis appropriato, [illegible] [illegible] nec non sententia S. Bo-
naventurae Scoti, aliorumque [illegible], summum Pontificem in matri-
monio etiam tantum rato dispensare posse. [illegible] non obstantibus tali-
bus sententiis etiam ut probabilibus cognitis, utpote tunc temporis inter
probatos Doctores in utramque partem [illegible], et nulla habita
ex cathedra definitione. [illegible] Alexander III dispensavit [illegible]
[illegible], [illegible] illustris cum Justiniano Monacho [illegible],
[illegible] a religione ad nuptias transivit: Quod idem et [illegible] [illegible]
152 Supposita etiam tam naturalis, quam positivae divinae legis existentia, adhuc necessarium utiles sed et necessarium fuisse leges humanas positivas, clare ostendit S. Thomas 1. 2. Q. 95 in c. inquiens = Quia inveniuntur quidam protervi, et ad vitia proni qui verbis de facili moveri non possunt, necessarium fuit, quod per vim, vel metum cohiberentur a malo, ut saltem sic male facere desistentes et aliis quietam vitam redderent, et ipsi tandem per hujusmodi assuetudinem ad hoc perducerentur, quod voluntarie facerent quae prius metu implebant, et sic fierent virtuosi. Hujusmodi autem disciplina cogens metu poenae est disciplina legum. Unde necessarium fuit ad pacem hominum, et virtutem, quod leges ponerentur = Quam sane doctrinam S. Doctor mutuatus est, ut patet ex ipsius responsione in argumento sed contra, a S. Isidoro Lib. 5. Etymolog. Cap. 20 de legis humanae necessitate dicente = Factae sunt leges, ut humana coerceretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas = ex quibus omnibus firmum stat, humanas leges positivas esse necessarias, et utiles, et hoc contra Lutherum, aliosque Sectarios.

153 Lex autem humana generatim accepta, seu quae quodcumque communitatis [illegible] et hominibus latum [illegible] describi potest praeceptum commune ab hominibus in [illegible] communitatis impositum, ab eisque promulgatum. Atque ideo lex haec sui institutores, et promulgatores homines habet, et [illegible] [illegible] in unam [illegible] jus Gentium et in legem quae simpliciter lex positiva dicitur. Et haec in Ecclesiasticam, et civilem, et utraque rursus dividitur in generalem, et non generalem, et mixtam, [illegible] in simpliciter praeceptivam, et prohibitivam, moralem et [illegible]; [illegible] in odiosam, et favorabilem, tandem in [illegible] poenalem, in correctivam, et directivam.

154 Jus Gentium cum [illegible] [illegible] scripta, quae [illegible] omnium aut fere omnium nationum [illegible] consensionem et usum [illegible] vim obligandi habet. [illegible] lex non scripta, quod [illegible] nomine [illegible] [illegible] quod jus gentium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut fere omnium nationum [illegible] consensio [illegible] at hoc loco differentia. Nam per ea verba: omnium aut fere omnium

nationum consensionem differt à legibus utrunque, et simpliciter positivis
quæ non ità latè se extendunt ad omnes, seu nationes, nec introducuntur
per usum hominum, sed per dispositionem Legislatoris. Per ea vero ver-
ba liberam omnium, aut ferè omnium nationum consensione, à jure naturali di-
stinguitur, cui licet sit valdè affine, et vicinum, eò quod facilè ex ipso
formetur, seu deducatur, ut recte docet S. Thomas 1. 2. q. 95. A. 2. et 4.
ideoque dici possit quid medium inter legem naturalem, et positivam
simpliciter talem; re ipsa tamen ab eo discriminatur, ac potius lex
155. positiva dici debet, ut docet S. Thomas loco citato.

Et ex his primò patet, jure gentium præscri-
bi ea, quæ naturæ jus nec jubet, nec vetat fieri, sed ea, quæ tacito consen-
su, moribus, et consuetudine in communem omnium, vel plurimarum gen-
tium utilitatem, et commodum invecta fuerint, ut est divisio bonorum,
limites possessionis, receptio Legatorum, usus matrimoniorum, com-
mercium literarum: item ut non inficiantur aquæ, ne inter hostes qui-
dem; non venenentur herbæ, aliaque ad sustentationem vitæ neces-
156. saria &c.

Patet secundò quàm malè meriti sint de jure
Gentium Hobbesius lib. de Cive cap. 14. Pufendorfius lib. 2. De jure na-
turali, et Gentium cap. 11. §. 23., Nec non Heinnecius lib. 1. De jure na-
turali, et Gentium cap. 1. §. 21. illud confundentes cum jure ipso natu-
rali, ut nempe statuant suum errorem de indifferentia cujusque actus
ad bonitatem, et malitiam, quem jam supra profligavimus. Nam
ea, quæ jure naturæ præscribuntur, sunt actiones, quæ de se, et intrinse-
ca sua naturâ sunt ità bonæ, ut nequeant non præcipi, aut ità ma-
læ, ut non possint non prohiberi; quinimo tales sunt, ut neque
in eis ipse Deus dispensare, et propriè dispensare valeat; atqui
tales non sunt actiones, quæ jure Gentium præscribuntur, ut con-
157. stat ex exemplis num. antecedenti relatis; ergo &c.

Patet tertiò, jus Gentium in conscientia
obligare ad gravem, vel levem culpam juxta majorem, aut mino-
rem materiæ gravitatem. Patet hoc primò, quia V. G. receptio Legatorum
libertas celebrandi commercia &c. nullo modo sunt de jure naturæ, sed
tantùm de jure Gentium; sed qui nollet Legatos recipere, aut eos mer-
cium lederet, nomine communi Regum, et Populorum consensu, tum
de Receptione Legatorum, tum de libertate commercij verè peccaret,
ac justitiæ, et honestatis legibus contradiceret, cui bellum meritò
indiceretur. Quinimò tanquam infamis, et publicæ tranquilli-
tatis hostis reputaretur; ergo &c. 2.º quia juxta juris Gentium re-
gulas discrimina, dubitas, et dissidia vel inter supremas potesta-
tes exorta; hoc autem fieri non posset, nisi justitiam contra-
158 rent, ergo &c. Hæc de jure gentium attentè meditabaris

Lex simpliciter positiva est, quæ libero Princi-
pis, seu superioris jurisdictionem habentis decreto obligatorio consti-
tuta est, vel communitati. Lex autem Ecclesiastica, dicta etiam
Jus Canonicum, Jus Ecclesiasticum, jus Pontificium, jus sacrum, est com-
mune præceptum pro recta Ecclesiæ gubernatione, atque ad spi-
ritualem animarum salutem à Persona Ecclesiastica jurisdictio-
nem spiritualem habente prolatum. Et hæc duplex est univer-
salis nempe, et Particularis. Universalis est quæ à summo Pon-
tifice, vel a Generali concilio approbante summo Pontifice pro
toto terrarum orbe lata est. Particularis, quæ vel ab Episcopis
pro sua Diœcesi, vel in Diœcesana, aut Provinciali Synodo lata
est pro illa Diœcesi, aut Provincia. Hic tamen notandum est
nomine Juris Canonici universim intelligi Lex universalis Eccle-
siastica, pro cujus intelligentia

259 Notandum est, corpus juris canonici generatim spectatum
dividi in Decretum, et Decretales. Nomine Decreti venit opus à Gratia-
no Monacho Benedictino collectum, ordinatum, et compilatum partim
ex summorum Pontificum Decretis, partim ex canonibus Conciliorum,
et partim ex dictis, et sententijs Sanctorum Ecclesiæ Patrum. Quod autem
vitate summi Pontificis Gregorij XIII. correctum, recognitum atque edi-
tum fuit. Et hoc Decretum tribus constat partibus. Prima continet distinctio-
nes centum, et unam divisas in canones seu capita, in quibus tractatur
de jure divino, et humano, et de ijs, quæ ad bonos mores componendos, et ad
disciplinam ecclesiasticam spectant. Secunda continet causas triginta
sex, quarum singulæ dividuntur in Quæstiones, et quæstio quælibet in
canones. Causæ autem ultimæ, seu trigesimæ sextæ annectitur tractat-
us de Poenitentia qui distinctionibus septem in capita subdivisis ab-
solvitur. Tertia pars quæ de consecratione tractat, in quinque distinctio-
nes divisa est, et quælibet distinctio in canones, in quibus agitur de con-
secratione ecclesiarum, celebratione Missarum, Eucharistia, festis,
et ecclesiasticis cærimonijs, Baptismo, confirmatione, et jejunijs.
260 Decretales autem sunt volumen continens epi-
stolas decretales summorum Pontificum seu constitutionum, et responsio-
nem aliorum [illegible], quæ de mandato, et auctoritate summi
Pontificis Gregorij IX. in unum collecta, fuerunt à S. Raijmundo de
Penafort ordinis Prædicatorum ipsius Pontificis Capellano, et Poeni-
tentiario. Hocque volumen quinque libros continet, in quorum primo agi-
tur de Personis, penes quas est aliqua ecclesiastica jurisdictio, in secundo
non de judiciorum præparatorijs, in secundo de judiciorum ordi-
ne, in tertio de ~~ecclesiasticis~~ rebus, quæ in judicium venire solent,
in quarto de Sponsalibus, et Matrimonio, in quinto autem de cri-
minibus et pœnis tractatur. Unde versus
Judex, judicium, Clerus, Sponsalia, Crimen.

261 Huic volumini, seu his quinque Gregorij IX. Decretalium
libris additus fuit alius Decretalium liber à Bonifacio VIII. summo
Pontifice, quem proinde appellavit Sextum Decretalium: et hæc
quinque continet libros, quibus et addendæ sunt aliæ constitutiones
seu Decretales, et primo Clementinæ seu Decretales à Clemente Papa
V. in unum collectæ: 2do Decretales extravagantes Joannis XXII.
sic dictæ quasi vagæ et excurrentes extra prædictos Decretalium
libros [illegible] et extravagantes communes aliorum Pontificum.
Et ex his totum juris canonici corpus habes et ex his.
262 Leges quæ et quales qui auctoritas et [illegible]
sum qualiter obligent quæ in corpore juris canonici continentur.
Respondeo, Decretum, sextum Decretalium, Clemen-
tinas et extravagantes tum Joannis XXII., tum communes, neque
constitutiones eas quæ in corpore juris canonici insertæ [illegible]
[illegible] summorum Pontificum constitutiones habere vim
[illegible] ad sui observantiam; adeoque qui ijs contrafacit, peccat
et ratio rursus est, quia [illegible] sunt [illegible] legis [illegible]
[illegible] auctoritatem habentes [illegible] jurisdictionem [illegible]
[illegible] promulgatæ; Atqui lex à legitimo superiore lata et
sufficienter promulgata vim habet obligandi ad sui observan-
tiam: ergo &c. Quod verò ad Gratiani Decretum attinet, licet
nonnulli sint Doctores, qui [illegible] omnes Gratiani vim legis habere
[illegible], satis communis sententia tamen docet, Corpus à Gratia-
no compilatum [illegible] vim legis non habere quia nempe op-
[illegible] est Gratiani tanquam Privati auctoris, [illegible] nulla Pontificis
aut [illegible] approbatio specialis accessit qua tanquam
[illegible] [illegible] habere [illegible]
[illegible]: ac proinde Canones prout in eo opere continentur non ea
vim habent obligandi, quam [illegible] fontes ex quibus [illegible]

Et hinc si fontes, ex quibus hauriuntur infallibili gaudent auctoritate, tali pollebunt et Gratiani textus; secus vero, si secus. Et haec de jure Canonico. Nunc ad jus Civile, seu legem Civilem.

153 Jus civile, seu lex civilis est, quae a saeculari potestate lata ad civium politicam gubernationem, atque ad temporalia jura tuenda, ipsamque Rempublicam in pace et justitia conservandam ordinatur. Et dividitur in jus Caesareum seu commune, et in jus Regium, seu Particulare. Jus Caesareum, seu commune continet leges Imperatorias seu ab Imperatoribus latas. Jus autem Regium, seu Particulare continet leges Regias seu leges Particulares singulorum Regnorum, Rerumpublicarum, Provinciarum etc. Jus commune Caesareum continens leges omnes antiquorum Imperatorum in tres partes dividitur, nempe Digesta, Codicem, et Instituta. Digesta, seu Digestum tres continet partes nempe Digestum Vetus, Digestum Novum, et Digesti Infortiatum, in quibus continentur Antiquorum Imperatorum leges, ac jurisperitorum decisiones, quas ex infinita propemodum librorum multitudine in unum digessit Justinianus Imperator, ac quinquaginta continet libros, qui proinde libri Digestorum seu Pandectarum appellantur, eo quia universam veterum jurisprudentiae scientiam continet.

Secunda pars, nempe codex qui post tempus Justiniani, continet leges et constitutiones Imperatorum Christianam Religionem profitentium, ac in duo corpora dividitur, quorum primum nomen Codicis obtinuit, alterum vero Legum volumen dicitur, quodque continet alios libros Codicis nec non Authenticas et Novellas leges seu Justiniani Imperatoris leges post editionem secundam Codicis factas. Tertia tandem pars dicitur Instituta, seu Justiniani institutiones, estque compendium totius juris Caesarei, in quatuor divisum libros continens prima principia ac elementa juris pro tyronibus in jure civili instituendis. Et licet jus commune Caesareum, cui licet maxima tribuatur auctoritas, tanta tamen non est, ut per particularia jura Regnorum, Rerumpublicarum, Provinciarum et Civitatum derogari non possit. Nam cum legum Civilium finis sit recta civium ordinatio quoad temporalia bona, et jura, ac publica quies, pax, et tranquillitas, atque haec omnia nonnisi per leges convenientes loci naturae, ac circumstantiis obtineri possint, ac non una sit [illegible] temporis, aut Nationis, hinc necessarium est, quod jus civile non unum debeat esse apud omnes Populos, et Nationes. Et haec de jure civili generatim sumpto: Nunc prosequamur divisionem supra positam explicare.

154 Lex itaque mere poenalis ea est, quae poenam tantum minatur et in poenam transgressionis [illegible] obligat, et nullo modo ad culpam theologicam: [illegible] legem obligat quidem, sed non ad poenam temporalem. Mixta vero, quae et ad poenam, et ad culpam obligat.

Lex simpliciter prohibitiva ea est quae sic obligat ad omittendum seu non faciendum aliquem actum non ita tamen, ut, si fiat, nullus sit et invalidus: talis est lex prohibens ministro existenti in peccato mortali conficere sacramenta, quae ceteroquin si cetera necessaria requisita [illegible] concurrunt, licet illicite, [illegible]. Irritans ea est, quae reddit non solum illicitum, sed et nullum, seu invalidum actum. Talis est lex a Tridentino lata contra matrimonia clandestina, quae et illicita, et invalida reddit.

Lex affirmativa est quae aliquid [illegible] [illegible]; talis est lex, [illegible] de sanctificatione festorum, de honore [illegible] parentum, de tributis solvendis &c. Negativa est contra eam 135
quae aliquid fieri prohibet, talis est lex de non [illegible] [illegible] [illegible] tempore tali, de non exportando frumento extra territorium Principis absque ejus permissione &c. Ex quo patet inter legem affirmativam, et negativam hoc esse discrimen, quod lex affirmativa obligat ad suum statutum tempus, ita [illegible] ad semper non autem etiam extra statutum tempus, atque non ad semper, et pro semper: contra lex negativa ad semper, et pro semper obligat, adeo ut nunquam facere liceat, quod lex prohibetur: sic nunquam licet blasphemare, perjurare &c.

Lex odiosa ea est, cujus extensio ad casus similes et identitatem, aut paritatem rationis conformiter ad intentionem legislatoris non est melior bono communi, seu ea quae primario intendit onus, aut poenam alicujus: talis est lex poenalis, lex tributorum &c. Favorabilis vero est cujus extensio ad casus consimiles in lege non expressos conformiter ad intentionem legislatoris est melior bono communi. Talis est lex in favorem pupillorum lata, ne illis noceat tutoris malitia, aut negligentia. Hujusmodi et sunt leges in favorem ecclesiae, et ordinis clericalis latae &c.

Lex dispositiva ea est, qua ex alto suo dominio supremus Princeps ex rationabili causa, et bono publico exigente dominium unius in alterum transfert: et talis est lex praescriptionis. Praesumptiva ea est quae alicui statuit ex praesumptione communiter contingentium. Coactiva ea est, quae vi poenarum intendit subditos cohibere. Directiva ea est, qua aliquid praecipitur non imponendo transgressoribus poenam. Et ex his [illegible] et non, et divisiones praecipuas humanae legis; ex quibus de quibusdam quae hic eadem examinari solent a Theologis.

Caput Quartum

De causa efficiente et materia humanae legis.

Praesens caput in duos articulos in plures paragraphos divisos partitum habimus; et in primo examinabimus, et quaeremus quos humanas leges condendi potestas vindicat. Secundo quae, qualis sit humanarum legum obligatio, nempe an, et quando sub mortali, aut veniali culpa obligent. Item an etiam cum discrimine, aut detrimento vitae, bonorum, famae &c. obligent. Item et quomodo leges humanae promulgari debeant ut vim obligandi habeant &c. an etiam ad vim obligandi requiratur populi acceptatio. Tandem an liceat a [illegible] [illegible] legislatoris appellare. In secundo vero articulo hoc resolvamus nempe [illegible] [illegible] [illegible] legislator [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], an lex humana ponat [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible], quam praeceptioni inhaerentem [illegible] [illegible] [illegible] &c. 177

Articulus primus.

Quemadmodum legem ecclesiasticam, et canonicam a civili omnino distinctam esse supra indicavimus, atque etiam [illegible] [illegible] et a diversa potestate eas derivari certum est. Hoc [illegible] ergo quisnam sit utriusque legislator examinaremus et [illegible]

§ I. De Legis ecclesiasticae conditore.

105 Potestati saeculari, etiam supremae, non competere jus ferendi leges ecclesiasticas, seu ad spirituale regimen, ac animarum regimen, tanquam omnino certum supponendum est contra Novos Dogmatistas Lutheranos Grotium, Hobbesium, Puffendorfium, Cocceium aliosque, saeculari potestati jus in sacra tribuentes, quos proinde uno ore Catholici omnes detestantur, ac Doctores Orthodoxi ex scripturis tum veteris, tum novi testamenti, tum aliis ex certis documentis historiae, tum ecclesiasticae, tum profanae, confutant, ac solidis rationibus convincunt: et inter hos quidem egregie P. Concina, in de jure naturali, et gentium dissert. 4 de lege hum. [illegible] tenendum habendum, ac tenendum sit, solam ecclesiasticam potestatem ecclesiasticas leges ferre posse. Apud quas autem personas ea resideat, et quomodo, nunc examinandum est.

116 Certum itaque est primo, ac nemini catholico [illegible] est, Summum Pontificem legitimum B. Petri successorem habere potestatem condendi leges ecclesiasticas pro toto christiano Orbe; hancque potestatem immediate a Christo Domino habere. Atque veritas ex ipsis Scripturis declaratur: Christus enim Joan. 21, non distinguens jam inter has, et illas oves, ut [illegible] demonstraret qui Petrum, et successores ipsius Magistros non recognosceret et Pastores, ut Innocentius III scribens Imperatori Constantinopolitano dixit, et refertur in Cap. Solitae, 6. De Majorit. et Obedien., Christus, inquam, B. Petro, ac in illius persona omnibus illius legitimis successoribus ait: Pasce oves meas. Et Matth. 16 Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis. Quae sane verba ante explicata, ac in sensu proprio intellecta clare ostendunt, penes Summum Pontificem potestatem habere ferendi leges ecclesiasticas pro toto Orbe christiano, sed et potestatem eam immediate a Christo accipere. Nam ex una parte ipse est universalis pastor, ac ecclesia est perfecta communitas quae sine lege [illegible] ordinate regi, et gubernari non potest, ut legitur Proverb. 11. Ubi gubernator non est, corruet Populus: ex altera vero parte non potest assignari, a quo talem potestatem Summus Pontifex accipiat quam a Christo Domino [illegible] a Concilio vel a Cardinalium congregatione [illegible]. Quod est falsum, ut colligitur ex cap. Significasti [illegible] Papa dicit leges Romani Pontificis non pendere a Concilio, sed leges Conciliorum a Romano Pontifice pendere: et hinc Cardinalium congregatio in Summi Pontificis electione nihil aliud facere [illegible] quam designare personam, cui postea a Christo Domino talis potestas immediate tribuitur, ergo etc.

117 Dixi 1°, primo, Summum Pontificem leges ferre pro toto Orbe christiano; quia jam certum est, Summum Pontificem suis legibus directe obligare non posse Ethnicos, et infideles, ut vel docet Apostolus 1. Corinth. 5. inquiens: Quid mihi de his, qui foris sunt judicare? Vel etiam [illegible] ubi Summus Pontifex [illegible] constitutionibus paganos non obligari.

Dixi 2°: Summum Pontificem habere potestatem ferendi leges ecclesiasticas. Nam ut docet Bellarminus, Navarrus, Covarruvias, Molina, Suarez, Bonacina, Salas, aliique apud Castropalaum de Legib. Tract. 3. Disput. 1. Puncto 22 § 1. Summus Pontifex quidem ordinaria via potest ferre leges civiles in terris.

suo temporali dominio subjectos tanquam supremus illorum Prin-
ceps, non sic vero in loca sibi temporaliter non subjecta et non
quia in ea loca respectivi Principes supremi, habent jurisdi-
ctionem, non autem summus Pontifex. Ut vel clare constat ex
Capit. Si duobus §. Denique de Appellat., ubi summus Pontifex decla-
rat, quod de jure appellari non possit a judice civili ad summum
Ponticem in causis civilibus extra loca suæ temporali ditioni
non subjecta. Secundo, quia nullum est fundamentum talem potestatem 171
in Pontifice asserendi. Nam loca illa scriptura, sicuti relata: Quod-
cumque ligaveris &c. Doctores vero communi-
ter intelligunt de spirituali jurisdictione; ergo &c.
118 Dixi via ordinaria [illegible]
[illegible]
[illegible] In casu enim extraordinario, etiam extra
ditionem sibi temporaliter non subjectam leges civiles condere
posse notant, in casu nempe, ut docent Salmanticenses tractatu 11 de
legibus cap. 3. puncto primo, citantes Castropalaum, Sopiam, Bonacinam, &c.
in casu, inquam, quo Principes
seculares essent negligentes in illis statuendis, et ob eorum igno-
rantiam, et negligentiam peccata grassarentur, et crimina 172
tum invaluerunt. Ipsi enim summo Pontifici utpote Pastori
cui omnium Christi fidelium reddituro rationem de cunctis suis ovi-
bus, ac etiam ipsis Principibus et Regibus, ut ait Gelasius Papa in epist.
ad Imperatorem Anastasium, quæ incipit famuli vestræ pietatis,
incumbit onus providendi omnium saluti, vitia extirpando, virtutes
quantum potest, promovendo: quod in casu hoc non posset nisi
condendo leges. Ubi et advertendum est summum Pontificem posse
119 abrogare, et irritare non solum leges civiles a Principibus
canonica lege latas, si hæ rationi, et æquitati contrariæ sint, quod
factum jam legimus per capit. Vigilanti, de Præscriptione, in
6. etiam jam secundum juris in 6. ubi abrogatur lex civilis approbans
præscriptionem etiam cum mala fide inceptam, et continuatam;
item per capit. Cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium
[illegible] abrogatur lex civilis prohibens dare alimenta filiis illegi-
timis; ubi Innocentius III in cap. Per venerabilem, qui filii sint legitimi, ait: nam
sicut Pontifex in spiritualibus, et temporalibus, quæ tanto sunt
potiora et digniora, quanto anima præfertur corpori. Et Bonifacius 173
VIII Extravagant. Unam Sanctam eodem titulo ait: Oportet gladium
sub gladio et temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati.
Et Joannes VIII in cap. Si Imperator dist. 96. Si Imperator catholicus
est, filius est, non Præsul Ecclesiæ; quod ad religionem com-
petit, discere ei convenit, non docere. Quæ jam cum veritate
si non negant, nisi per quas leges Ecclesiasticas abrogarentur et
sint leges Principum sæcularium vitia, et peccata foventes, et
ex Pontificis auctoritate.
120 Certum est secundo, Concilium Generale
legitime congregatum, et Summi Pontificis auctoritate confir-
matum leges Ecclesiasticas pro toto orbe christiano obligatorias
condere posse. Hæc veritas ex continua praxi et usu Ecclesiæ
[illegible] nec non ex sensu omnium Christianorum, et traditione constanti
satis comprobatur. Apostoli enim ut legitur Actorum 15. Hiero-
solimis in uno concilio congregati leges condiderunt, easque omni-
bus observari præceperunt, quam plurima deinde alia Concilia
Generalia secuta sunt quorum leges tanquam obligatoriæ [illegible]

Concilium semper et agnovit, et recepit, et veneratus est. Et ratio est manifesta: si enim Summus Pontifex auctoritate Divinitus accepta seorsum ab aliis Ecclesiae Praelatis condere potest leges, quae universum Christianum Orbem obligant in conscientia, a fortiori id facere poterit, et quidem majori cum fructu, et feliciori successu in Concilio, ubi Ecclesia prominentius acceptabit leges, quas in suis capitibus congregata legitime concordi judicio, et communi consensu, faciendas decrevit.

71 Dixi autem primo Concilium legitime congregatum: si enim concilium legitime congregatum non est, uti esset, si absque auctoritate, et consensu Summi Pontificis congregatum esset, certum est debet, in casu nullam habere potestatem condendi leges, ut docet Bellarminus lib. 2 de Concil. c. [illegible], Salas Disput. 8. de Legibus Sect. 3; Suarez lib. 4 de Legibus, cap. 5. num. 3. Castropalaus de Legibus Tract. 3. Disp. 1. puncto 23. num. 19, aliique communissime. Ratio est manifesta: tali enim concilio caput suum deficit, adeoque nullum, et illegitimum est, cui proinde a Christo nulla potestas data est.

72 Dixi secundo: ac Summi Pontificis auctoritate approbatum. Licet enim non desint doctores, inter quos Bonacina ac nonnulli alii, qui sustineant Generale concilii auctoritate Summi Pontificis congregatum, assentientibus Summi Pontificis Legatis, posse facere generales leges, et statuta; communior tamen est sententia, quam tenent Bellarminus loco supra citato, cum Salmanticensibus Tract. XI. de Legibus Cap. 3. puncto 2. §. 2. pro [illegible], Turrecremata, Laymann, Martinez Papiam, et Castropalaum sententia, inquam, quae docet ad illarum legum valorem requiri Summi Pontificis confirmationem. Quod satis probat praxis universo Conciliorum. Patres enim in Conciliis congregati semper a Summo Pontifice postulaverunt suorum Decretorum confirmationem [illegible], antequam illa publicarent. Et vel constat ex [illegible] Synodica Concilii Nicaeni de [illegible] Papa, ubi dicitur: Quidquid constituimus in Concilio Nicaeno, precamur, vestri oris consortio confirmetur: vel etiam ex Concilio Tridentino Sess. 25. De fine, ubi expressis verbis Patres annuerunt, ut statuta, decreta, et definita in eodem Concilio mitterentur ad Summum Pontificem pro confirmatione. Et hae alia sunt, ex quo leges Ecclesiasticae, universum Christianum orbem obligantes emanare [illegible] sunt. Nunc ad Potestatem condendi leges particulares.

173 Quidquid sit de sententia, An Episcopi jurisdictionem quam in spiritualibus habent, immediate a Christo Domino, an mediate tantum nempe a Summo Pontifice accipiant; de quo lis est inter doctores, certum quam omnino certum tenendum est, Episcopos, jam tanquam membra [illegible] subordinata suo Capiti, nempe Summo Pontifici, intra suae Diocesis limites, nulla a Summo Pontifice licentia petita, nedum in Synodo Diocesana, sed etiam extra Synodum condere posse leges, seu Ecclesiastica statuta, et constitutiones [illegible] quas pro sua Ecclesiae regimine utiles, et necessarias judicaverint. Veritas haec constat tum ex illo Actor. 20 Posuit vos Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei, tum etiam quia licet non in Apostolatu, tamen in Episcopatu sunt legitimi Apostolorum successores, quibus jam etiam ut Apostolis Episcopis competebat jus condendi leges Ecclesiasticas [illegible] [illegible] [illegible] Romano [illegible]. Quod et clare [illegible] est in jure canonico [illegible] venerit 2. De Majorit. et Obed. ubi decernitur, quod contra [illegible] Decreto Episcopi ab Ecclesia abjiciatur.

Item ex Can. Ut animarum saluti de Constitut. in 6. in quo Bonifacius VIII. declarat ignorantes non ligari statutis ordinariorum, sicuti neque subjacere excommunicationi ab Episcopo latae in illos, qui erant subditi extra Diœcesim [illegible]: ex quo docte notant, et primo subditos Episcopi ejus legibus teneri, et ignorantia tantum excusari: adeoque tales leges vim obligandi habere. 2° Episcopos extra suum territorium non posse suis legibus obligare etiam subditos, sed in suo territorio tantum. Quod et praxis ipsa confirmat. Episcopis enim competit facultas condendi leges in [illegible] explicato tam intra Synodum Diœcesanam, quam extra Synodum, cum nullus sit hucusque qui contendat talem potestatem intra Synodum, et rationes, et [illegible] adducta illimitati pro [illegible] talem potestatem Episcopis residere.

174 Ubi tu notandum est, nec sunt dicta: Episcopos tanquam membra subordinata suo Capiti, nempe Summo Pontifici, leges, seu statuta Ecclesiastica condere posse. Nam cum Episcopi plenitudinem potestatis non habeant, sed vocati sint in partem sollicitudinis Pastoralis ut docet Vigilius Papa Epist. ad [illegible] et refertur in Capitulo Qui se scit 2. q. 6. inquiens: Ipsa namque Ecclesia, quae prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem sint vocatae sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis: Hinc fit, Episcopos non posse aliquid sancire, quod contra ipsum jus commune seu Canonicum, ac Summorum Pontificum constitutiones, ac circa causas speciales, quas sibi Summus Pontifex reservavit, sicuti et circa ea, quae totam Universalem Ecclesiam concernunt. Non primo, quia inferior nihil potest in superioris [illegible]. Non etiam secundo, ut patet cum ex Capit. Majores de Baptismo, in quo vocantur majores causae, praesertim fidei [illegible]: tum ex Capit. Cum ex illo Generali Privilegio [illegible] in quo id ipsum, quod in superiori Capitulo dicitur, confirmatur et praeterea statuitur, quod translationes Episcoporum, et sedium permutationes ad summum Apostolicae sedis Antistitem pertinere de jure, ac propterea quod super his praeter ejus assensum nihil debet immutari. Non tandem et tertio, quia in Universam Ecclesiam cum non habeant potestatem, nec leges ferre possunt, juxta illud Capit. Ut animarum saluti, de constitut. in 6. Extra territorium [illegible] non paretur, [illegible]

175 Et ex his inferunt Salmanticenses, Episcopos non posse statuere, ac definire quae ad fidem, sacramenta, atque mores pertinent, atque adhuc inter Doctores Catholicos in utramque partem disputantur. Quod et expressissime monet Benedictus XIV. in celeberrimo Opere de Synodo Diœcesana lib. 7. cap. 2. et 3. [illegible] quaestiones nondum definitas esse non [illegible], impedimenta matrimonii statuere aut in iis, quae a jure communi statuta sunt, dispensare, [illegible] mutare, [illegible] clericos, nisi quando [illegible] a jure communi [illegible], tributum imponere, ut statutum est in Cap. Prohibemus de censibus; duos Episcopatus unire aut duos ex uno facere; [illegible], non posse Quadragesimale jejunium mutare, [illegible] praeter ea in Canone [illegible] poneres, seu canonizare ut habetur Cap. Audivimus, [illegible] alterare, quae repugnant Privilegiis, et Constitutionibus universalibus, [illegible] consuetudine, et his similia. Ex quibus jam patet quomodo intelligendum sit dictum [illegible] Synodum quod [illegible] intelligendum sit [illegible] mutatione.

[illegible] Benedictus XIV de Synodo [illegible]

Est pro clariori praesentis materiae intelligentia, inquires, an ad valorem legum episcopalium requiratur Capituli, et Cleri consensus?

Respondeo cum Salmanticensibus, nec non Castropalao, aliisque non requiri, exceptis iis casibus, qui in jure sunt expresse. Ratio est, quia nullum adest fundamentum restringendi Episcoporum jurisdictionem, et potestatem legum ferendarum ad Capituli, et Cleri consensum. ac in terminis fundamenta superius allata limitationem aliquam non admittunt, et praxis oppositum ostendit. Dixi tamen exceptis casibus in jure expressis, siquidem, ut habetur in Capit. ultimo de Censibus, novos census Episcopus imponere non sit sine Cleri, et Capituli consensu, quod et Dichina apud Pourneli, seu ejus Continuatorem Canisum, extendit et ad jejunia: Item, ut habetur Cap. Vestra, de locato, et conducto, Capit. Novit, ac Capit Quarto de his, quae fiunt a Praelatis, Episcopus consilio, vel etiam consensu Capituli indiget in alienatione rerum Ecclesiae, et etiam in iis, quae in Capituli, et Cleri praejudicium cedere possunt.

177 Atque ex his, quae de Episcopis dicta sunt, facile est decidere, quid sentiendum sit de Legislativa Potestate aliorum Praelatorum Superiorum, nempe Patriarcharum, Primatum, et Archiepiscoporum. Dubium sane esse non sit ipsos condere posse leges, sicut Episcopos, pro tota sua Dioecesi. Sibi enim legitima gaudent jurisdictione. Quare dubium solum esse potest, an possint condere leges totam Provinciam, aut Metropolim obligantes?

Ad quod respondeo cum Layman, Castropalao, ac cum communissima Doctorum sententia atque vera, Patriarcas, Primates, et Archiepiscopos, exclusa speciali jure, privilegio, aut consuetudine praescripta, extra suam Dioecesim leges condere non posse, nisi in Provinciali Concilio, aut de consensu Comprovincialium Episcoporum. Itaque expresse declaratum est in Capit. Nullus Primas. 9 q. 3. ubi dicitur: Nullus Primas, vel Metropolitanus diocesani ecclesiam, vel Parochiam, aut aliquem ex sua Parochia praesumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio, vel judicio ..... Si aliquis Metropolitanus Episcopus sine consilio, et voluntate omnium comprovincialium Episcoporum aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, et quod egerit, irritum habeatur, et inane. Quid clarius exigi potest? ex quo tale efficax sit argumentum. Dictae dignitates quatenus Episcopis superiores, non sunt nisi de jure Ecclesiastico: Atque adeo non nisi tantum juris habent, quantum jure Ecclesiastico ipsis concessum est: atque ut constat ex citato Capitulo jure Patriarchae, Primates, et Archiepiscopi a jure [illegible] non habent, quod leges condere possint nisi de consensu Episcoporum, ac in Provinciali Concilio, ut patet, ergo &c. Ubi notabis ab hac Doctrina a Bonacina dubie excipi tempus visitationis Provinciae, quo tempore valet dubitando affirmat leges ferre posse. Verum quidquid de hoc sit, praxis est in contrarium.

178 Restat nunc, ut aliquid dicamus pro complemento de auctoritate Synodorum, seu Conciliorum tum Dioecesanorum, in quibus una cum Episcopo Dioecesis conveniunt Decanus, seu Provisor Ecclesiae Cathedralis, Abbates Priores, ac animarum Rectores [illegible] Tum Nationalium, in quibus una cum Primate, seu Patriarcha Archiepiscopi, et Episcopi omnes alicujus Nationis congregantur: Tum demum Provincialium, in quibus una cum Archiepiscopo omnes

Metropolis episcopi conveniunt, et congregantur. Haec autem Concilia
et habere potestatem condendi leges pro suis locis respectivo certi
ca debet, sed jam cum limitationibus supra relatis num° 174 ubi de Episco 181
pis. Atque hoc in primis colligitur ex Capit. Catholica Dist. 11., et Can. Con
cilia Dist. 17, aliisque juris Capitulis. Quod et invicta et certa ostendit
ratio. Nam si Episcopis extra Concilia talis potestas competit; a forti
ori competet vel cum Clero, vel cum Archiepiscopo, vel cum Primate, aut Epi
scopis conjunctis cum tunc facilius sit leges a subditis observari.
Dixi supra pro suis respectivis locis; Nam
quia certum haberi debet, leges latas in Dioecesana Synodo solos Dioe
cesanos obligare, et sic leges in Provinciali Concilio conditas Pro
vinciam, et eadem ratione leges in Nationali Concilio latas natio
nem tantum obligare; sed non totam ecclesiam, nisi in casu quo
Summus Pontifex statuta in dictis Conciliis specialiter approbaverit
et sua approbatione tanquam tot Canonicas leges ad universalem
dirigerat ecclesiam. Tunc in casu aliam rationem, nempe Canonicae
a iis dicta statuta induerunt.
Quod ad alias Personas ecclesiasticas pertinet, ut
179 Legatos Sedis Apostolicae, Cardinales, aliosque Praelatos, quales sunt Abba
tes aliqui jurisdictionem quasi episcopalem habentes, pariter certum
est, Legatos Summi Pontificis leges ecclesiasticas ferre posse pro suae
suae Legationis aeque valituras, quousque a Pontifice, vel alio ejus
ejus successore revocatur, ut patet ex Can. ultimo de Officio Legati.
Item et dictas leges ferre Cardinales in sui tituli, et dignitatis
in sua [illegible], tantum ecclesia, ut constat ex Can. His quae de Majori
et Ob. Eandem et leges condere posse Abbates jurisdictionem
quasi episcopalem habentes, nisi eis aliquo modo sit prohibi
tum, aut ex consuetudine requiratur consensus Cleri, vel Capituli
quia potestas condendi leges est potestas jurisdictionis, quam vere 182
habent, et non consecrationis, qua carent.
180 Sed quid dicendum de Cardinalium collegio
de declarationibus sacrae Congregationis Cardinalium, ac de Capitu
lo Cathedralis Ecclesiae.
Respondeo ad primum, coetum Cardinalium neque
viventes summo Pontifice, neque sede vacante leges proprias [illegible]
condere posse. Ita docent Salmanticenses [illegible] cap. 3 punct. 2
§ 2 [illegible] de legib. tract. 3. Disput. 1. Puncto 23. Bonacina d.
[illegible] Disput. 1. q. 1. puncto 3. aliique plures, inter quos
[illegible] Ratio est
quia Cardinales a summo Pontifice nomine Silvestro Papa instituti
sunt ut [illegible] Capitulo [illegible] 2. q. 5 observat [illegible]
[illegible] 1. q. 10, in [illegible]
[illegible] non sit quam quae a summis Pontificibus et [illegible]
[illegible] sive [illegible] summo
Pontifice, sive sede vacante libertatem ac facultatem condendi
leges [illegible] tales: Quinimo Clemen. Ne Romani, de Electio
ne tanquam irritum, et nullum declaratur, quidquid a Cardinali
um Collegio [illegible] ad jurisdictionem, et potestatem Summi
Pontificis, dum vivit, [illegible]
[illegible]
[illegible] summi Pontificis, et ad [illegible] 183
cum periculis imminentibus spectant. [redacted] Ad [illegible]
autem periculis imminentibus ac [illegible]
[illegible] potestatem [illegible]

cepta duratura usque ad novi Pontificis creationem, ac proinde in ipso casu necessaria non est potestas stricta legislativa; ergo &c.

181 Respondeo ad 2um tanquam omnino certum ac indubitatum tenendum esse, Declarationes Sacrae Congregationis Cardinalium de mandato Summi Pontificis factas, ac de ejusdem auctoritate promulgatas, si caeteras conditiones ad legem requisitas adsint, vim legis habere. Nihilominus inquies dicet, quominus vim legis non habeant. Hinc tota difficultas in eas reducitur Declarationes, quae communiter circumferuntur, quaeque promulgatae solemniter non sunt, idest de Summi Pontificis auctoritate, et more aliarum non sunt solemniter publicatae. Et circa has licet Doctores legum non sunt solemniter, maximi ponderis esse, magnamque habere auctoritatem fateantur, maxime utpote a gravissimis viris Summi Pontificis auctoritate, et gravitatem, utpote a gravissimis viris Summi Pontificis auctoritate, ac proinde nonnisi gravissima ratione ac causa [illegible] [illegible] recedendum esse; attamen inter se divisi sunt; alii inter [illegible] [illegible] pro se allegans Bonacina de legib. Disput. 1. Quaest. 1. Puncto 8. pro se allegans Suarez, Salas, Sanchez, et Alphonsum, sustinentes Declarationes praedictas vim legis non habere; alii e contra, inter quos [illegible] de [illegible] Tract. 3. Disput. 5. Puncto 2. § 1. citans Emmanuelem, [illegible] Garziam, defendentes praedictas Declarationes vim legis habere, dummodo de illis authentice constet vel per brevia Pontificis, vel per monitorium Auditoris Camerae, vel per Epistolam alicujus Cardinalis suo sigillo munitam, vel per transumptum ex registro Congregationis parte citata. Et tota ratio discriminis magis esse videtur ex eo, quod primae sententiae Patroni volunt, dictis Declarationibus deesse necessariam promulgationem ad legem requisitam. Patroni autem [illegible] sententiae [illegible], generalem promulgationem de novo necessariam non esse, utpote cum sint supra [illegible] promulgatae, nec promulgationem legis, cujus sunt [illegible] tot interpretationes. Quid autem dicendum sit, videant alii, cum nobis tempus non sit, quod ulterius procedere permittat. Et ex his

182 Respondeo ad 3um. Capitulum, vivente Episcopo, jure saltem communi, nullas leges ferre posse, quae Diocesanos obligent: et hoc [illegible] quamquam quod penes omnes Doctores sit certum, patet etiam ex eo, quod Capitulum, vivente Episcopo, de jure communi nullam habet in Diocesanos jurisdictionem. Quae doctrina non obstat, quominus cum communi sententia apud Castropalaum de legib. Tract. 3. Disput. 1. Puncto 23 dicamus Capitulum de rebus minoris ac se pertinentibus [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible] Ecclesiae, quae [illegible] posse statuta [illegible] singula capituli membra obligantur, [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] poenas [illegible] in transgressores [illegible]; et hoc etiam inconsulto Episcopo. Capitulum enim sine Episcopo, est integrum corpus, et peculiaris communitas, Decano aut alio quovis Praeposito tanquam capite, ceterisque canonicis tanquam membris constans. Peculiari autem communitati sit statuta condere ad [illegible] gubernationem necessaria: Capitulum autem ad sui [illegible] regimen [illegible] sit, et quidem absque Episcopi consensu, ut et ipsa praxis clare ostendit, et colligitur ex capit. Cum omnes, de Constitut. Ubi supponitur, inconsulto Episcopo, posse Canonicos in se ipsos jus statuere. Hinc autem [illegible] minoris ac se pertinentibus. In rebus enim gravioribus, quales sunt abrogatio alicujus Constitutionis, alienatio, et venditio alicujus fundi, necessarius est Episcopi, vel etiam Summi Pontificis consensus, ut colligitur ex [illegible] [illegible] [illegible] de Constit. Et apud [illegible] [illegible]

183 [illegible] [illegible] Panormitanus, Felinus, Bonacina, Suarez, aliique. Major autem est difficultas an Capitulum, sede vacante, leges in Diocesanos ferre possit. In quo variant Doctores, aliis concedentes, et aliis negantes talem potestatem [illegible]

licet interim omnes conveniant in dicto capitulo potestatem universaliter [illegible]

Cathedrali: interim Capitulo Collegiato eam absolute denegantes.* Inter Doctorum dissidio displicet sententia talem potestatem Capitulo Cathedrali attribuens: Estque sententia Salmanticensium De legibus Tract. 11. Cap. 3 puncto 2. §. 2 allegantium Sapiam, Layman, Palaum, Bonacinam, et alios: Atque hujus fundamentum petitur tum ex jure canonico, tum ex Tridentino Nam ut habetur Capit. Cum, De Majorit. et Obed., et Capit. Episcopali sede vacante pariter De Majorit. et Obed. in 6. et Capit. Si Episcopus, De suplenda negligentia Episcopi in 6, nec non ex Capite 10. Sess. 24 Concilii Trident. Capitulum Cathedrale, sede vacante, exceptis casibus in jure expressis, et consuetudine in contrarium, succedit in administratione temporalium, et spiritualium rerum, et etiam in jurisdictione ordinaria Episcopi, sine qua jam res temporales, et spirituales nequeunt administrari, sed Episcopus ratione suae ordinariae jurisdictionis leges* condere valet; ergo et Capitulum sede vacante, praesertim cum non sit ratio jurisdictionem ejus in casu ad Capitulum devolutam limitandi, loquendo de potestate legislativa: adeoque sicuti ordinaria jurisdictio Episcopi quoad alios casus devolvitur ad Capitulum, ita et devolvi debet quoad legislativam potestatem; ergo etc.

x in Capitulo

184 Pro hujus Paragraphi complemento duo quaeres, et primo: an Sanctis Patribus, et Ecclesiae Doctoribus data fuerit potestas condendi leges? Secundo: An de potestate distributa Summi Pontificis Feminis delegari possit facultas ecclesiastica condendi Leges?

Ad primum dico, Sanctis Patribus, et Ecclesiae Doctoribus quatenus talibus datam non fuisse potestatem leges condendi, [illegible] sententiae Sanctorum Patrum, et Ecclesiae Doctorum per se, et etiamsi in Decreto Gratiani reperiantur, vim legis propriae tamen non habent. Ratio est, quia cum potestas condendi leges sit quid facti, praesumi non debet, sed probari, et asserenda non est ejus existentia, nisi probetur: probari autem non potest: Quinimo Glossa Dist. 20. in Principio, Panormitanus, et alii in Capit. Ne innitaris De Constitut. et ex his Capit. Solitae De Sent. excom. in 6. tradunt talem potestatem [illegible] Patribus, et Ecclesiae Doctoribus datam non fuisse.

Dixi autem primo: per se: Nam licet Patres, et Ecclesiae Doctores sancti, quatenus tales sunt, vim legis non habeant, habent vim obligandi, quatenus testantur de praecepto divino [illegible] vel Ecclesiastico. Quamvis enim tunc eorum [illegible] quasi legislatoribus vis non sit praecepti; ipsis tamen tanquam testibus fides praestanda est, juxta majorem, aut minorem illorum consensionem in ea re, de qua testantur. Dixi secundo: etiamsi etiam in Decreto Gratiani reperiantur. Nam ut diximus num. 162. Decretum Gratiani non habet majorem auctoritatem, ac habeant fontes, unde illud derivatur.

185 Ad secundum dico cum Bonacina De legibus Disput. 1. Q. 1. Puncto 4, nec non cum Castropalao pariter de legibus Tract. 3. Disp. 1. puncto 23, et aliis, satis probabile esse contra alios, Summum Pontificem ex plenitudine potestatis suae posse delegare Feminis facultatem condendi leges ecclesiasticas, et spirituales [illegible] nulla est ratio, et efficax ratio id negandi: nullum enim [illegible] divinum afferri potest, quod opponitur obstandi [illegible] liquidam textus Apostoli 1. Corin. 14 Mulieres in Ecclesiis taceant: turpe enim est mulieri loqui in ecclesia: Quo opposito, sententiae Doctores [illegible] in primis Patroni primae sententiae exponunt, de publico doctrinae expositione, et non de potestate legislativa intelligenda esse. Quinimo [illegible]
[illegible]

consensu, et potestate fiat. Nam de S. Catharina Senensi refert Bonacina loco citato admissam fuisse ad concionandum coram summo Pontifice, et S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus. Tum quia, ut ipse Bonacina de Censuris disput. 1 Quaest. 1 puncto 2 citans Lamoarum, Sotum, Filliucium, Reginaldum, Navarrum, aliosque docet, improbabile non est feminas de abbatissis ita Pontificis auctoritate ferre posse censuras. Quare ergo et leges ferre non poterunt?

Quidquid vero de hoc sit, certum est, eas jure ordinario id facere non posse. Tum quia sunt personae laicae. Tum quia claves regni caelorum, ut habetur Cap. Nova. de Poenitentiis, et Remissionibus, feminis, sed neque B.B. Virgini datas fuisse. Tum quia, quo habetur de Monialibus, de sent. excom. habetur Abbatissam non posse a censuris absolvere sibi subditos; ergo et neque eas ferre possunt; ergo etc. Et hinc patet quid dicendum sit de eo, quod aliqui objiciunt, nempe aliquas Abbatissas sententiam suspensionis protulisse. Nam, ut docet Bonacina, suspensio illa non erat censura, sed quaedam prohibitio, ob cujus violationem irregularitas contracta non fuisset. Et haec de potestate legislativa spirituali. Nunc

§. 2. De Legis Civilis Conditore.

Leges homines potestatem civilium legum condendarum necesse, vel summa num. 152 indicavimus, et infra pluribus ostendemus. Quare hic solum inquirimus, quinam ii sint, qui tali facultate potiuntur. Ubi advertendum, non uno modo apud Principes omnes legislativam potestatem inveniri, sicuti neque dari Principem qui in universo Mundo leges civiles condendi habeat facultatem. Non [illegible] ipsa non sit, ut unus homo subsit alteri quae particularis homo est, ut ipse Deus declarasse videtur Gen. 1 dicens de homine creato, ut praesit piscibus maris, bestijs terrae, volatilibus caeli; non vero ut alteri praesit homini. Hinc est, quod potestas leges ferendi tota residet apud communitatem, [illegible] determinatis personis, sicuti vult, communicare, et concedere. [illegible] non communicasse constet [illegible] Principibus. Non [illegible] secundum, quia nunquam [illegible] inventus est, [illegible] in toto [illegible]

187 Et ex his

Dico primo Imperatorem legitime electum leges condere posse in Germania, et Provincias suo regimini subjectas; non autem in Universo Mundo. [illegible] Romani, et Pontificii [illegible] subjectum est supremus Dominus, [illegible] leges et [illegible] quae jam [illegible] praestare non fit. Et praeterea Imperator legitimus [illegible] terris, ac territoriis suae ditioni subjectis eam nunc habet auctoritatem, quam olim Imperatores in suis terris habebant. Porro veteres Imperatores certo habebant potestatem condendi leges, ut vel patet ex Codice legum, qui auctoritate Caesarea conditus est. Ratio autem secundae partis est, quia degentes extra territorium Imperatori subjectum, illius subditi non sunt. Princeps autem extra territorium suum jus dicere non fit, juxta illud: extra territorium jus dicenti impune non paretur.

188 Dixi autem legitime electum. Si enim legitime electus non est, non habet jurisdictionem, et potestatem [illegible], quam non solam legitimam electionem [illegible] [illegible] et acquirit. Alioque Legitimus superior non est.

184. [illegible] secundō, nedum Reges pro suo Regno, sed et alij [illegible] supremos principes, qui superiorem in temporali jurisdictione non recognoscunt, sive ij sint Principes, sive Duces, sive Comites, sive [illegible] [illegible], sive Barones, sive alio nomine vocentur, pro terris sibi subjectis leges ferre posse. Quod et dicendum est de Principibus Imperatori, aut Regi subjectis, si ab eo facultatem ferendi leges habuerint, intra limites sibi ab Imperatore, vel Rege signatos. Ratio est eadem ac supra relata. Primi enim habent ordinariam, alij verò delegatam Jurisdictionem.

185. Est dubium insurgit de Regina, an videlicet et ipsi competat jus ferendi leges pro suo Regno? Cui difficultati causam dedit illud Apostoli 1. Ad Timoth. 2: Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio: quo [illegible] [illegible] videtur jurisdictioni Reginæ præsertim conjugatæ, ut et [illegible] [illegible] [illegible] 1. Corin. 11. inquiens: caput autem mulieris, vir. [illegible] [illegible] [illegible] non vir caput est mulieris, sed mulier caput viri est. [illegible] lex Fœminæ ff. de regul. juris, ubi habetur, fœminas ab omnibus officiis publicis remotas esse, ac proinde nec judices esse posse, nec Magistratus gerere, et sic à fortiori neque jurisdictionem [illegible] [illegible] habere posse. Et tandem quia fœminæ carent scientia et prudentia ad condendas leges necessaria.

Regula tertia. Apponens impedimentum
412. proxime etiam influens in transgressionem legis positivae
sortim humanae, in legem non peccat, quoties impedimentum
spectatis omnibus consistit vel in actione, aut omissione ne-
cessaria, vel tam utili, ut melius sit eam non tolli, quam
legem servare. Ratio regulae est, quia ex dictis nunquam leges
positivae praesertim humanae non obligant cum gravi incommo-
do etiam temporali, et a fortiori cum gravi vitae periculo,
item cum humanarum legum finis proximus sit bonum
finis, et sufficienter non possint esse impeditiva boni
ex toto omnino melioris; atqui si impedimentum proxime in-
fluens in transgressionem legis positivae praesertim hu-
manae apponens in legem peccaret, etiamsi illud consisteret in
actione aut omissione necessaria, vel tam utili, ut me-
lius sit eam non tolli, quam legem servare, in plurimis
casibus humanae servandae essent etiam cum gravi incommodo tem-
porali, aut etiam cum gravi periculo vitae: omissio actionis
omnis necessariae, alicuncunde ex illis inferri: ergo et essent impe-
ditivae boni, spectatis omnibus, melioris; nam in casu regulae
ponitur melius esse ponere, quam non ponere tale impedi-
mentum: ergo Deus. Hinc cum quis nonnisi cum non
suae vitae, honoris, aut vitae bono publico necessaria non
a morte liberare possit, non tenetur tale periculum
subire, nisi esset casus, in quo proximus salute sua
animae periclitaretur, et in tali discrimine ex morte
se non conjecisset, potens autem eum liberare periculum
non subiret: ergo qui jejunium servare non valet
simul, et concionari, aut confessiones excipere,
et familiae suae de necessariis providere, non tenetur
a concionando, ab excipiendis confessionibus, a laborando
desistere, utpote cum opera ista de se meliora sint
jejunio.
Regula quarta. Ponens, aut non removens
413 impedimenta tum ratione sui, tum temporis, cum ultra
verbo ratione omnium circumstantiarum remote tantum influ-
entia in violationem legis, transgressor legis positivae ...

dicitur tum hic dici non potest. Patet hæc regula ex 2do notando, et etiam ex eo ratione si vel fugienda essent modo dicta impedimenta, præceptum legem jugum esset intolerabile, et onus esset importabile, ut manifeste patet..... Dixi autem: ponens, aut non removens impedimenta tum ratione sui, tum temporis, tum effectus &c. Nam, ut recte advertunt Salmanticenses hic Tract. 11. cap. 2. Pun. 10 contra Palaum, aliosque, licet quis etiam multo tempore antequam urgeat præcepti obligatio cum prævisione inobservantiæ futuræ legis, apponat impedimentum duraturum usque ad tempus obligationis proximæ legis, et ratione illius tunc lex adimpleri nequeat, violator legis habendus est, ut si quis sibi, vel etiam quatuor diebus ante festum, vel jejunium præceptum voluntarie se inebriaret cum prævisione, quod tunc sacrum audire vel jejunare nequibit, reus erit violationis legis de audiendo sacro, et jejunando. Nam, ut præfati Salmanticenses argumentantur, prævidens impedimentum illud duraturum usque ad tempus præcepti, et nihilominus illud volens apponere in æstimatione morali perinde se habet, ac si illud apponeret, cum proxime urget præceptum; atqui si illud apponeret, cum proxime urget præceptum, illius transgressor esset; ergo &c.

Hinc primo Beneficiatus, aut Clericus Sacris initiatus absque rationabili causa vendens, aut in mare projiciens Breviarium, sive id faciat tempore proximo navigationi a se instituendæ, sive etiam pluribus diebus ante navigationem, peccat in legem ipsi præcipientem Divini officii recitationem, si prævideat, sibi non posse providere de Breviario pro tempore navigationis. 2do peccat excommunicatus, et ideo contra ecclesiasticum præceptum communionis Paschalis, qui per negligentiam sibi non comparat absolutionem ad communicandum in Pascha; quinimo, ut docet Journely, sive ejus Continuator cap. 5 de Lege Divina, peccat contra præceptum audiendi sacrum die festo diebus excommunicatus sua culpa sibi absolutionem non procurans, licet hoc inficientur Salmanticenses loco supra citato num. 161, Castropalaus, et alii non pauci, existimantes ecclesiam sub dicto præcepto noluisse excommunicatos comprehendere: Tertio, omissis aliis, peccat contra jejunii præceptum, qui absque necessaria, vel utili causa venationi, ludo pilæ &c. incumbit etiam aliquot diebus, antequam urgeat præceptum jejunandi, prævidens se ita defatigatum iri, ut ad jejunandum innotescat fore. Hæc de apponente, aut non removente impedimenta observationi legis obstantia.

Pro cujus doctrinæ complemento duo quæruntur, et primo an qui totum opus a lege Divina præscriptum præstare non potest, teneatur saltem ad partem, quæ potest. 2do quid agendum sit, quando simul conveniunt præcepta, quæ simul nequeant observari.

Respondeo ad primum præmittere juvat inter humana præcepta alia esse individua, et alia dividua. Individua sunt, quæ vel ex se, seu natura sua in partes divisibilia non sunt, ut est communio, et absolutio sacramentalis, necnon dolor de peccatis &c., vel licet in se pluribus partibus physicis constent, spectata sive legislatoris intentione, ratione, fine et natura legis, judicio prudentum, aut communi sensu tanquam

tanquam unum indivisibile objectum concipiuntur, adeo ut in duobus partibus tantum simul sumptis sit totum praeceptum, ut est ministratio, peregrinatio ad limina Apostolorum &c. Dividua autem quae pluribus constant partibus, in quibus spectata legislatoris intentione judicio prudentum, ac communi sensu salvatur, et invenitur ratio, [illegible] finis praecepti, ut est divinum officium, missae auditio, jejunium &c.

Ubi loquendo de his operibus in partibus divisibilibus advertere oportet, alias esse, quae suo toti sunt substantiales, et alias esse, quae veluti accidentales, seu accessoriae sunt. Substantiales sunt, sine quibus praeceptum quoad substantiam moraliter non observaretur, si omitterentur, ut si quis in divino officio [illegible] partem omitteret, ut eam omittendo graviter peccare censeretur: Accidentales, seu accessoriae sunt, sine quibus adhuc [illegible] ceptum moraliter quoad substantiam observaretur, etsi omitterentur, ut si quis in recitatione officij omitteret unam, vel alteram Orationem, unum, vel alterum capitulum, vel Psalmum brevissimum, et proinde ea pars suo toti accidentalis est, quae etiam omissa graviter praeceptum non transgrederetur. His positis

415 Respondeo ad quaesitum, et dico. Quamvis, ubi [illegible] cepta est in partes vel in se, vel morali hominum judicio indivisibilis, vel etiam si divisibilis est in partes, nulla ejus [illegible] substantialis, seu notabilis impleri potest, sed tantum accidentalis, seu non notabilis, qui totum substantiale implere [illegible] potest, neque teneatur ad partem, Attamen, ubi res praecepta in partes divisibilis, et pars aliqua substantialis, seu notabilis impleri potest, haec adimpleri debet, etiamsi totum nequeat adimpleri ita communissime doctores.

Prima pars de se est manifesta. Nam ubi praecepta sua in se, sive morali judicio prudentum est indivisibilis, in nostro quaesitum falso supponitur habere, utpote [illegible] nonnet partes, ubi non sunt: et praeterea adest moralis [illegible] tantum absoluta [illegible] praeceptum quia [illegible] eum etiamsi res praecepta [illegible] partes [illegible] habeat [illegible] a praecepto tanquam unum indivisibile objectum simpliciter concipiuntur. Hinc licet sacramentalis confessio pluribus [illegible] constet, diligenti nempe examine, dolore, sine [illegible] catorum, eorumque manifestatione, accusatione animo [illegible] confessario, atque monente se emendandi, etiam si [illegible] et nunc [illegible] vel ad [illegible], vel ad [illegible] [illegible] [illegible] Si omnes confessionis [illegible] non tenetur, quia [illegible] vera sacramentalis [illegible] [illegible] haberi non potest: [illegible] dicendum [illegible] voto se obligavit ad peregrinandum ad limina Apostolorum non tamen [illegible] iter inchoandum, si sit [illegible] [illegible] ad perveniendum usque ad locum tanquam [illegible] voti intentum. Quod idem [illegible] cum alijs docet de eo, qui die jejunij impotens est ad abstinendum a duplici comestione non obligari nempe neque abstinere a multiplici, utpote cum per impotentiam ad unam tantum comestionem [illegible] tota ratio [illegible] jejunij. Neque haec doctrina contradicit [illegible] num. 352. Nam hic dicimus rationem impotentiae [illegible] [illegible] non [illegible], sed de exemptione totius loci

Secunda item pars vel ex eo patet, quod ea pars accidentalis, seu non notabilis, et adeo absolute levis talis est, ut merito praesumatur, a legislatore non esse intenta. Si enim legislator praecepisset subditum quoad partem illam levem tantum praestare necesse, cum qua lege non obligasset; atque subditus non obligatur ultra voluntatem, et intentionem legislatoris; ergo &c. Cui non obstat, subditum totum sibi opus injunctum praestare volentem leviter peccare, si vel partem accidentalem voluntarie omittat. Nam cum tota substantia rei praeceptae praestari potest, obligatio praecepti jam viget, quae obligatio veluti per accidens saltem extenditur ad partes etiam non notabiles utpote accessorias suo toti juxta illud: Accessorium sequitur principale: contra cum tota substantia rei praeceptae cessat, et proinde cessat ratio, et finis praecepti, jam obligatio praecepti cessat, et proinde non remanet obligatio ad partem accidentalem juxta citatum principium; ergo &c. Hinc ratione infirmitatis impotens vel unicam horam canonicam recitare, sed solum valens recitare vel brevem psalmum, unum vel alterum capitulum, unam vel alteram orationem &c., ad hoc non tenetur.

27 Dixi autem: Qui totum substantiale implere non potest. Licet enim quis impotens est ad praestandum totum tum substantialiter, tum accidentaliter tale, et solum totum substantiale ponere possit, ad hoc ponendum tenetur. Sic qui die praecepto jejunare ob debilitatem non potest, nisi mane sumendo frustulum panis, hoc quidem sumere poterit, reliqua autem die a multiplici comestione tenebitur abstinere: item qui jejunare non potest, nisi longe ante meridiem prandendo, poterit quidem ante meridiem prandere, verum in reliquo jejunium servando: insuper, ut alia omittam, qui propter defectum Breviarii potest recitare Psalmos matutini, non tamen lectiones, Psalmos recitare tenebitur &c.

28 Tertia tandem pars responsionis in primis patet ex propositione 54 inter damnatas ab Innocentio XI die 2 Martii 1679, quae est hujus tenoris = Qui non potest recitare Matutinum et Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem = Atque etiam ex Constitutione Benedicti XIV. quae incipit: Libentissime quidem sub die 10 Junii 1745, in qua Summus Pontifex decrevit, ne ulla in posterum, sive particularis, sive generalis pro aliqua Civitate, vel Provincia concedatur facultas adhibendi carnes ad mensam tempore jejunii, vel Quadragesimae, nisi conditio servandi jejunii, seu unicae comestionis, interponatur; et illud quoque monitum addatur, nequaquam licere mensam eandem carne, ac piscibus instruere. Ex quibus jam patet, qui totam substantiam rei praeceptae adimplere non potest, teneri ad partem, quam potest. Cujus et ratio est, quia cum praeceptum dividuum est in plures partes substantiales, in illis omnibus invenitur ratio, et finis a legislatore intentus, nisi ergo sit ratio excusans a parte sicuti est excusans a toto, subditus eam partem exequi debet, cum jam tunc obligatio cadat nedum in illas omnes partes simul sumptas, sed etiam singillatim inspectas, ut hic faciat regula 37. juris in 6. Utile non debet per inutile vitiari. Sicut et illud: Qui non potest solvere totum, quod debet, solvat, quod potest; ergo &c.

419 Verum o sit regula 42 juris in 6. Accessorium naturam sequi congruit principalis, sicuti neque illud: Major pars trahit ad se minorem: eruitur ex Capit. de ijs, quæ fiunt à majori parte. Et quod attinet ad regulam illam, ea non est absoluta, et indiscriminatim vera, nisi tantum ubi diversa est ratio principalis, et accessorij, atque hæc duo sunt inter se separabilia, et inconnexa, ut [illegible] tat ex Capit. debitores, de jurejurando, in quo decernitur, quod licet debitores cogi non debeant ad solvendas usuras; cogendi tamen sunt, si juramento se obligaverint reddere domino præfatas usuras, [illegible] nempe debita, reservantes in [illegible]. Sic etiam licet nullum sit testamentum ob aliquem defectum solemnitatis a jure requisitæ, ipso tamen invalidum non est quoad legata pia in ipso contenta, licet veluti accessoria testamenti. Sic, ut alia omittam, qui cum agno promisit, et deinde ovem, cum qua pervenit, dare non tenetur agnum dare teneatur. Ceterum pars substantialis, de qua loquimur, juridice dici non potest accessorium respectu totius; unde regula [illegible] ea loquendo non est ad rem. Et ex his constare debet, quidquam necessario, tenere non posse illud: Major pars trahit ad se minorem, [illegible] illud: De ijs, quæ fiunt à majori parte: decernitur [illegible] ijs, quæ à Communitate fiunt, standum sit majori parti suffragantium, quia in tali modo major pars trahit ad se minorem: ex quo non [illegible] tur, quod in quocumque modo, etiamsi divisibiliter præcepta, [illegible] pars à majori trahatur, quia secus qui minorem quadragesimæ partem v.g. decem dies jejunare tantum potest, aut minorem partem debiti solvere, ad id non teneretur, quod est omnino falsum [illegible]

Ad secundum dubium, quod erat: Quid agendum

420 sit, quando duo simul concurrunt præcepta, quæ simul nequeunt observari: ex dictis num. 911 patere debet responsio, in casu [illegible] præferendam esse observantiam præcepti, respectivè omnibus, excellentioris, urgentioris, et gravioris et attento rei se loquendo in conflictu [illegible], omnia utpote de re ac ratione sua necessaria ad [illegible] [illegible] negativa debent præcepto mere positivo etiam divino positivum utpote à legislatore superiori latum quicumque [illegible] sive ecclesiastico, sive naturali positivum, [illegible] sæculari, latum à supremo Principe impositum ob interiorem [illegible], [illegible] altioris, ac excellentioris virtutis [illegible] virtutis inferioris; tandem negativum utpote obligans semper et pro omni tempore affirmativo, cum hoc ad omne tempus se [illegible] extendat, ut hinc verum sit illud Apostoli Rom. 3: Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

Ubi notandum est, me dixisse Præcepti

421 spectis omnibus excellentioris, urgentioris ac gravioris: Nam [illegible] diximus, ubi de immutabilitate, et observatione in lege naturæ, licet præcepta juris naturæ prohibeant per se bona, et prohibeant per se mala, tamen inter hæc cantum sequam, [illegible] genere non sunt præceptiva, dantur sublicet omnis [illegible] [illegible], ad quas dicta præcepta se non extendunt [illegible] [illegible] etiam receptionem [illegible], quæ tantum positiva [illegible] nonantur. Quod præsertim fit ubi ratio melioris, ac necessitas altioris finis præponitur in præcepto divino mere positivo, ut vel clare [illegible] præcepto [illegible].

Luc. 14; ubi sic Xtus loquitur: *si quis venit ad me, et non odit Patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus.* ex quo patet, praeceptum naturale honorandi parentes locum non habere, ubi honor parentibus retraheret ab observantia divinorum mandatorum tanquam ad aeternam salutem necessariorum. Quod idem constat etiam vel ex eo, quod praeceptum naturale cooperandi ad temporale Reip. bonum, et utilitatem cedit divinae legi, seu locum non habet, ubi divina lex positiva conservandi, et profitendi religionem urget. Ex quo etiam patet, quid dicendum sit, ubi duae leges ejusdem naturae, naturales nempe, aut divinae positivae, aut ecclesiasticae, in conflictu occurrunt, implendam nempe esse eam legem, quae magis ad aeternam salutem est necessaria: sic cum simul occurrit v.g. lex confessionis, et communionis sacramentalis, et utraque simul exequi nequit, praeferri debet praeceptum sacramentalis confessionis, sicuti et ubi agitur de sacramentis necessariis ad salutem, ut baptismi, et poenitentiae, et proximus est in extrema necessitate constitutus, et lex divina praecipiens sancta sancte tractari, et infirmum illo in genere periculo subveniri, et observantiae observari simul non sit, cum lege divina praecipiente succurrere proximo extreme indigenti, jam ex intentione divini legislatoris, si vel signum probabile dispositionis, aut sufficientis materiae habeatur, sacramentum sub conditione debet administrari et ex his ad ultimum, quod proponi.

§6. De tempore, quo ultimum praeceptum adimpleri debet.

Super tempus adimplendae legis jam obligantis, seu habentis omnia requisita necessaria ad legem in actu 2do obligantem constituendam, quae solent a Doctoribus, et primo quo tempore ea debeat adimpleri. 2do quomodo tempus, quod a lege praescribitur, sit intelligendum. 3tio an lex obliget, antequam advenerit, vel postquam elapsum est tempus a lege praefinitum. Pro quorum difficultatum intelligentia duo advertes: primum est, inter leges quasdam esse, quae certum determinatum, et limitatum tempus praescribunt, adeo ut ad ulterius se non extendant, sicut est lex jejunii Quadragesimalis, recitandi horas canonicas, sanctificandi festa &c, secundo vero esse, quae nullum determinatum terminum praescribunt, sed designant modum executionis, vel si illud designant, id non praestant ad finiendam, sed ad urgendam obligationem, ut est praeceptum de annua confessione, Paschali communione, poenitentiae a confessario injunctae &c. An autem primo modo, ad finiendam scilicet obligationem, an 2do modo, ad urgendam nempe obligationem leges tempus in ipsis statutum praescribant? id melius dignosci non potest, quam ex ipsius legis fine, quam verborum onere, quibus est attemperanda.

Attendendum est, praesertim hos difficultates non de tempore Physico, aut mathematico, sed morali, seu civili tempore scilicet ex voluntate, et consuetudine ecclesiae designato per Kalendaria approbata, et Horologia communiter regulata debet ex una parte momenta Physica, et ad minus mathematica sunt nobis moraliter incognoscibilia, cum nesciamus, quodnam sit illud punctum sive Physicum sive

immaginarium casi, quod hic, et nunc sibi attingit, quo tempore commensuratur: ex altera vero parte ecclesia humano [illegible] sus legibus vult nos obligare de morindi tota quanta est [illegible] praesenti difficultas est de tempore ecclesiastico et ex [illegible]

423 Respondeo ad primum quaerendo, an sermo sit de [illegible] sive praecepto aliquid, pro certo aliquo determinato tempore [illegible] scribente? An loquatur de lege, sive praecepto nullum tempus [illegible] opere injuncto praestando determinatum? Si primum, patet tale [illegible] opus legis faciendum esse, ut illud sit unicum, quod a lege [illegible] quirimo si casus esset, quod lex se extenderet ad integram [illegible] et nonnisi V.g. mane opus legis fieri posset, illud mane [illegible] est; et proinde si clericus sacris initiatus post prandium [illegible] tans esset ad vesperas ut completorio recitandas, mane [illegible] teneretur, si eo tempore id posset, quia nempe illud [illegible] esset unicum tempus, quod a lege praescribitur.

Si 2dum, respondeo legi obediendum esse [illegible] morali tempore, quo commode fieri [illegible], nisi aliud [illegible] sit ex circumstantiis. Responsio autem patet ex regula [illegible] de Regulis juris, ubi dicitur: In omnibus obligationibus, [illegible] es non ponitur, praesenti die debetur [illegible] si [illegible] tempore non teneretur ad opus [illegible] ulterius, et ulterius posset protendere ex [illegible], [illegible] eludere: quod non est admittendum; ergo &c. .... Dixi autem primo quoque morali tempore, quo commode fieri potest, non primum tempus [illegible] est illud, quo lex primo [illegible] cum hoc nimis grave esset; sed morale, quod nempe [illegible] prudentum censetur primum ...... Dixi 2do, nisi aliud [illegible] natit ex circumstantiis. Aliquando enim circumstantiae indicant oppositum ut V.g. si quis de suis ovibus loquendo [illegible] ret, aut contrahat de Agno, tunc debet expectari [illegible] et [illegible] agnum, [illegible] [illegible] tradat [illegible] his

Ad 2dum propositum dubium, quod [illegible]

424 pauloante unice procedere [illegible] de tempore ecclesiastico [illegible] pro certo determinato tempore obligantibus, respondeo [illegible] a lege determinatum, ac praecise intelligendum esse de [illegible] ac momentum ecclesiasticum. Unde praeceptum jejunii; [illegible] [illegible] obligat a momento ecclesiastico unius ac [illegible] [illegible] alterius mediae noctis, contra hoc, quae est [illegible] Caramuelem, et Pasqualigum, teste P. Llaurio [illegible] de legibus num 583, est communissima inter Doctores [illegible] de tempus illud non [illegible] intelligi propter [illegible] V.g. semi-quadrantem, aut quadrantem horae, aut semi-horam [illegible] citati Doctores Caramuel, et Pasqualigo ex [illegible]

Probatur autem hoc pacto [illegible] praecepta recitationis officii [illegible] non obligaret de momento ad momentum ecclesiasticum, sed [illegible] [illegible], ut docent Caramuel, et [illegible] sequeretur, quod ille, qui post mediam noctem [illegible] certe liceret per quadrantem, aut semi-quadrantem horae [illegible] mederet, [illegible] quidem peccaret, imo [illegible] posset Eucharistiam sumere; [illegible] quod non [illegible] ad horas canonicas obligatus, qui postquam [illegible]

noctis, statim recitarat completorium voluntarie, neque ad illud tempus omissum: hoc non est admittendum, utpote communi omnium, aut ferme omnium sensui, et persuasioni [illegible] adversum.

Tandem ad ultimum, quod jam procedit de iis legibus, in quibus tempus adimplendae obligationis apponitur, quaerendum est, an tempus illud sit appositum ad finiendam, an ad urgendam tantum obligationem? Si primum, si nempe tempus illud praefinitum sit ad finiendam obligationem, dico, per se loquendo, neminem teneri praevenire praeceptum, neque post elapsum illud praefinitum tempus amplius teneri ponere opus a lege praescriptum, quia ad ea tempora praeceptum non extenditur, sed iis temporibus perinde se habet, ac si nunquam latum fuisset. Hinc qui in ~~[illegible]~~ vigilia festi praevidet, se die sequenti non posse audire sacrum, ea die sacro interesse non tenetur, aut qui in antevigilio jejunii praevidet, die sequenti jejunare non posse, in dicto praevigilio jejunare non tenetur etc., sicuti qui in vigilia jejunare, aut die festo sacrum audire non fuit, die sequenti jejunare, aut missae interesse non tenetur.

Dixi autem: Per se loquendo. Nam si vel ex aliqua causa extrinseca, v.g. privilegio fiat facultas satisfaciendi legi extra tempus ob ipsa committentium, et praefinitum etiam ad finiendam obligationem, quale est privilegium, ut Clericus vesperas matutinum cum laudibus pro die crastino recitare possit, vel etiam privilegium, quo alicui conceditur, posse fieri sacrum post meridiem etc., cum Neuffer [illegible] in Experientiis Theologicis Tract. 5 num. 711, et seqq. in Appendice satis probabile mihi videtur, Clericum praevidentem se die sequenti fore impotentem ad horas canonicas recitandas, teneri vesperas dicti matutinum cum laudibus recitare, sicuti et qui praevidet sacrum non audire die festo, tenetur assistere illi, quod per privilegium post meridiem celebratur. Tale enim privilegium est habitandum, idest datum ad tollendam difficultatem ad implendum praeceptum, et adeo et in favorem ipsius legis, quo privilegio in genere jam quis uti debet ad implendam legem. Quia saltem neque teneretur missam, quae in suo privato Oratorio ex privilegio celebratur, die festo audire, qui a propria domo abest, non [illegible]; sicut neque teneretur ille, qui tempore interdicti habet privilegium sacrum audiendi. Quod tamen est contra communem Doctorum. Et ex his patet, quid dicendum sit ad Capit. Si de terra de Privilegiis, sicut et ad regulam 61. juris in 6, ubi decernitur, quod, quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. Nam praeterquam quod absolute, et simpliciter verum non sit, quod quis uti non debeat favore, seu privilegio sibi concesso, ut patet in privilegio canonis clericis concesso, cui renuntiare non possunt, vel etiam in privilegio exemptionis a tributis in casu, quo tali gaudens privilegio tributa solvere volendo impotens fieret ad debita justitiae solvenda etc., praeterquam, inquam, principium illud generatim acceptum verum non sit, in casu nostro nos minime contendimus eos privilegii teneri, sed solum volumus obligari vi legis, ad cujus observantiam facilitandam datum est privilegium. Et haec de legibus [illegible] determinatum, et certum tempus ad finiendam obligationem.

Quod si sermo sit de legibus tempus apponentibus ad urgendam adimpletionem per se manifestum est, praefato tempore elapso adhuc subditum teneri opus injunctum a praefata lege ponere, cum adhuc ipsa lex vigeat, ut supponitur in praefato, et adeo difficultas tota sit solum, an teneatur debitum implere praeceptum antequam tempus illud adveniat? Quod in casu resolvendum est: si praevidetur, nullum fore legitimum impedimentum, quo lex tempore praefinito observari nequeat? an praevidetur tale adfuturum impedimentum? Si primum, ante tempus illud a lege praefinitum nulla erit obligatio ponendi opus a lege praescriptum, quia nondum urget obligatio, et adeo qui praevidet, paschali tempore ex malitia sua non communicaturum, ante paschalem quin[...] vi ecclesiastici praecepti communionem in Pascha recipiantis eucharistiam sumere non tenetur.

Si autem secundum, idest si praevidetur tali tempore legitimum impedimentum adfuturum, dicendum videtur, quod nihilominus praeceptum teneatur, ubi vel nunquam opus illud nullo modo, vel nonnisi longe diu post opus injunctum praestari poterit, v.g. quis praevidet in quinta paschali se fore impotentem ad eucharistiam sumendam eo quia tunc temporis futurus est apud infideles, ubi nullus sacerdos erit, qui sacram communionem ministret, tenebitur iste, antequam illuc perveniat, communicare, si toto eo anno, vel nonnisi post longum tempus a Paschate communicare poterit. Cujus ratio est, quia hujusmodi praecepta non solum dantur eo fine, ut opus praescriptum fiat, sed etiam tempus illud assignatur, ne nimium differatur operis praecepti executio. Hactenus de legibus generatim, nunc specialiter de nonnullis.

Caput Sextum.

De nonnullis legibus in particulari

Hactenus de lege humana generatim sumpta diximus: nunc de variis quibusdam specialibus disserendum est: ac primo agemus de lege poenali: secundo de lege odiosa, et favorabili: tertio de lege irritante: quarto de lege fundata in praesumptione. Et tandem de lege dubia. Horum claritatis gratia per distinctos Articulos [illegible]bimus.

Articulus primus.

De Lege Poenali.

Sub titulo de lege poenali quatuor a Doctoribus examinari invenio: Primum est, an leges poenales, sive illae disjunctivae, vel ad actum a lege impositum, vel ad poenam in ipsa taxatam obligantes, sive conjunctivae, idest absolute ad actum ponendum, et pro casu omissionis illius ad poenam obligant? Secundum est, an supposita legis poenalis violatione sit obligatio poenam subeundi ante omnem judicis sententiam etiam criminis declaratoriam? Tertium est, an legis poenalis

transgressor saltem post legitimam judicis sententiam poenam ab ipsa lege taxatam subire teneatur. Tandem quam obligationem judex habeat applicandi poenam in legum violatores taxatam. Et de his omnibus sigillatim.

§. 1. De Legis Poenalis Obligatione

28\. Quae et quanta sit obligatio legis poenalis ecclesiasticae poenam spiritualem in ejus violatores imponentis supra §. 4. de genere obligationis legum humanarum à num. 204. diximus; nunc agendum est de obligatione legis poenalis tum ecclesiasticae, tum civilis poenam temporalem in transgressores statuentis, quaerendumque scilicet est, an talis lex in conscientia obligat tum ad ponendum actum ab ipsa praescriptum, tum ad subeundam poenam in ea statutam pro casu transgressionis illius? An vero tantum obligat disjunctivè, nempe vel ad actum, vel ad poenam tantum? Pro qua difficultate notandum est hic in controversiam non vocari, an lex poenalis saltem obliget ad poenam in sensu disjunctivo? similiter neque in discrimen vocatur obligatio, quae aliunde, et adeo per accidens orta sit actum ab ea lege praescriptum faciendi, v.g. ratione scandali, quod ex legis inobservantia oriturum esset, ratione legis naturalis vetantis propria bona, et à fortiori propriam vitam absque rationabili causa periculo exponere, ratione juris alterius, quod vi eam contingeret, &c. Non, inquam, in quaestionem non cadit, non solum ipsum superioris praeceptum vim obligandi in conscientia habeat, ac in casu interveniat justum praeceptum superioris saltem vel ad actum, vel ad poenam obligare volentis, dubium esse non sit, quin subditus ad alterutrum sub culpa obligetur.... Non item esse controversiam: siquidem certa est lex vitandi scandalum, absque justa causa res proprias, et vitam periculo non exponendi, jus alterius non violandi &c.; et adeo si ex transgressione legis poenalis eas violari contingeret leges, certum est, eam tunc observari debere, actum ab ea praescriptum ponendo. Hinc tota controversia reducitur ad ipsas leges poenales, quà tales, an nempe ratione sui vim habeant inducendi obligationem in conscientia tum ad actum praescriptum faciendum, tum ad subeundam poenam in transgressores taxatam; adeo ut reus culpae theologicae habendus sit, qui praedictum onus non ponit, licet paratus esset sustinere poenam in violatores impositam?

29\. In qua difficultate triplex invenitur sententia. Prima est Navarri, quem amplectuntur Salmanticenses hic Tract. 11 cap. 2 punct. 3 § 2 num. 47. sequuntur Manchaca, Ludovicus Gomez, Pinelo, et ex nostris Cajetanus, &c. Inquiunt Navarri sectatores, nullam legem poenalem sive ecclesiasticam, sive civilem temporarias poenas, quantumvis gravissimas imponentem obligare ad faciendum actum in ipsa impositum sub culpa theologica, nisi in ipsa lege expressè ponatur talis obligatio, quando se velle obligare ad culpam, vel poenam aeternam propter temporalem, quam imponit, et adeo cum haec vera accidat, in hac sententia vix datur lex poenalis mixta. Altera huic è diametro opposita defendit omnes leges poenales sive ecclesiasticas, sive civiles obligare sub. dicitur. Hancque sententiam ... culpam, tum ad poenam, et proinde omnes leges mixtas esse dicitur. Hancque sententiam amplectitur ... Tract. 3. disp. 1 dub. 15. num. 7 sustinent Sylvester, Armilla, Azorius, Toletus, Rodriquez, et alii, et ex Modernis Gonet disp. 3 hic A 1 num. 6 Cajetanus Gotti Tract. 5.

de legib. q. 3 dub. 2 de obligatione legis pœnalis §. 1., alij non pau[ci]
tertia inter utramq. veluti medium tenens, distinguit inter legem
pœnalem verbis præceptivis, aut his æquivalentib. constantem, et i[nter]
legem verbis indifferentib., seu de se non præceptivis compos[itam]
atq. docet, legem primo modo latam obligare in sensu copulati[vo]
idest tum ad actum, tum ad pœnam in ea statutam in violatores [ejus]
adeo ut mixta, secus vero legem 2do modo latam, hanc [enim]
tantum in sensu disjunctivo obligare, scilicet vel ad actum [ejus]
faciendum, vel tantum ad pœnam in non facientes actum [im]
positam. Hancq. sententiam tuentur Salmanticenses, Castropalao
cum supra citatis cum pluribus alijs magni nominis Doctoribus. Qu[ando]
autem verba sint de se præceptiva, et quæ de se indifferentia [jam]
diximus a num. 202., ac præcipue relegas ibidem dicta. [Di]
cendum sit.

Propositio prima. Lex constans verbis [præ]
430 ceptivis, ac simul pœnam in transgressores imponens est lex mi[xta]
et violata in conscientia obligat tum ad ponendum actum [vel]
præceptum, tum ad subeundam pœnam pro casu voluntariæ [com]
omissionis actus, dummodo vel ipsa verba legis sensum [aliquem]
certum non faciant, vel legislator non explicet, et declaret [se]
velle tantum sub disjuncto obligare, vel aliter non [tolle]
ris, ac consuetudo legitime introducta det. Ita cum tertia [sen]
tentia, Latonis quoad primam partem. Quam tertiam Salmantic[en]
ses, et Suarez vocant communem.

Prob. ex una parte certum est, summum legi[slato]
rem posse suis legib. in conscientia obligare nedum ad [ipsum]
ind actum, sed etiam posse punire transgressores pœna in 432
legib. determinata. Hæc enim potestas in legislatore valde [re]
quirit, quinimo necessaria est ad bonum commune, cum non raro [con]
tingat inveniri homines, qui non aliter, vel saltem difficulter [nisi]
timore pœnæ trahi possint ad faciendum etiam ea, quæ bono communi [sunt]
necessaria, et e contra plures etiam sint, qui, remoto metu [pœnæ]
theologicæ, nullo modo legem exsequerentur, ex altera vero [parte]
tanquam certum pariter tenendum est, summum legislatorem [ita]
ra, cum ipse est efficaciter determinatus ad obligandum [ita]
[illegible], hancque suam voluntatem sufficienti modo subditis [in]
et manifestat. Atqui cum legem, [illegible] condit verbis [præ]
ceptivis in sensu [illegible], eamque promulgat, sufficienti [mo]
do subditis declarat, et manifestat voluntatem suam [efficaciter]
determinatam tum ad [illegible] actum sub culpa theologica [obli]
gandi, tum ad imponendam pœnam transgressorib., ut per se [patet]
nam verba præceptiva voluntatem suam indicat, et nihil [intervi]
niat, quo dici posset sub disjuncto, nempe vel ad actum, vel a[d pœnam]
tantum velle obligare, ergo etc.

Confirmatur. Si summus legislator legem ver[bis præcep]
tis [illegible] conderet in [illegible] obligationis culpæ theologicæ, c[erto]
de lege [illegible], ullo modo sub culpa theologica obligaret ad [illegible]
dum actum legis, nisi aliunde [illegible], aliam cum [illegible] [legis]
lationem, ergo etiam, immo a fortiori taliter obligabit, etiamsi [in]
ea lege, constante nempe verbis certo præceptivis [illegible]
pœna in transgressores, quod superadditio pœnæ [illegible]
[illegible] infringat, quod quinimo eam roborat, et confirmat [illegible]
[illegible] quod [illegible] accedit, quod per ipsos adversarios lex [illegible]
legislator exprimit, se velle obligare sub culpa ad actum [illegible]

praescriptum, inducit obligationem in conscientia ad actum faciendum, atqui talis lex constat verbis certis praeceptivis, quamvis poenam imponat, legislator exprimit se velle inducere obligationem in conscientia ad faciendum actum legis; ergo &c.

Dixi autem primo: Dummodo vel ipsa verba legis sensum disjunctivum non faciant. Si enim lex hoc, vel aequivalenti modo feratur: Nemo arma deferat, vel si deferat, ea perdita habeat Bonifacius, ne quis extra territorium frumentum deferat, vel si deferat, centum solvat florenos &c. cum mens legislatoris in casu sit, alterutrum tantum praescribere, liberos subditi non est determinatum cavendo ad actum a lege praescriptum, sed optio est ad eligendam poenam praescriptam.

Dixi 2do. Vel legislator non explicat, et declarat, se velle tantum sub disjuncto obligare. Cum enim lex non obligat ultra legislatoris intentionem, ideo si legislator vel per ipsa lege, vel aliter declarat, se nolle ad culpam quoditum obligare, lex talem obligationem non continebit, prout docet S. Thomas 2.2. q. 186 A. 9. ad 1um de statutis Religionis PP. Praedicatorum inquiens = In aliquam Religione, scilicet Ordinis Praedicatorum, transgressio talis, vel omissio ex genere suo non obligat ad culpam, neque mortalem, neque venialem, sed solum ad poenam taxatam sustinendam = Haec S. Doctor.

Dixi tandem: Vel aliter non ferat praxis, et legitima consuetudo. Siquidem legitima consuetudo est optima legum interpres, et adeo si legitima consuetudo invaluit interpretandi legem tanquam mere poenalem, haec sub culpa theologica
f. 32 ad determinatam ponendum actum legis obligare dici non potest.

At dices contra propositionem: Cum legislator in sua lege temporalem poenam imponit in actum legis ponere nolentes, a culpa theologica eos eximere intendit; ergo singulis lex poenam temporalem obligans est pure poenalis. Antecedens constare debet primo ex lanit Norte de Praesumptionibus, ubi dicitur, quod qui unum ex duobus exprimit, et aliud tacet, censetur excludere, quod tacet legislator autem in casu exprimit poenam, non autem culpam theologicam, ergo &c. 2do ex ipsa naturali aequitate, quae exigit eandem transgressionem duplici poena non puniri, quod in casu fieret, si praedicta lex non esset pure poenalis; ergo &c. 3tio ex eo quod lex bono communi debet esse vel necessaria, vel saltem utilis, obligare autem in casu nostro tum ad culpam, tum ad poenam bono communi non est utile, et eo minus necessarium, cum ex una parte subditi nimis gravarentur, et ex altera parte per timorem solius poenae satis in officio continerentur, ut notat et ex eo etiam, quod cum in legibus benignior est interpretatio facienda; ergo &c. 4to, legislatores scientes inter Doctores de hoc puncto satis probabiliter in utramque partem controversi, adhuc consueto more suas leges efformant, quod facere non deberent, si obligationem in conscientia vellent imponere; ergo &c.

Confirmatur legislatores Gentiles nihil curarunt, et curare de obligatione in conscientia, et aeterna poena hominum ignorarunt, et adhuc ignorare nequeunt, sed tum Principes saeculares, tum Praelati Ecclesiastici leges poenales temporales condendo eadem via, et methodo procedere solent; ergo &c. Quod et ostenditur ipsa praxis, et consuetudo optima legum interpres, cum jam invaluerit usus praedictas leges tanquam mere poenales interpretandi ergo &c.

433. Respondeo negando ass. in sensu difficultatis intellectum; ad hujus probationem, quod ad rem spectat, vel de se patet Capitulum omnino non urgere; sed potius nostram continere sententiam siquidem cum Legislator per verba certo praeceptiva in sensu propositionis [illegible], Legislator non tacet, sed exprimit obligationem in conscientia tum ad ponendum actum, tum ad subeundam poenam pro casu transgressionis legis. Adjectio poenae est signum, videlicet, Legislatorem nolle obligare sub culpa, ut constat ex legibus ecclesiasticis poenam spiritualem in violatores infligentibus, tum ex legibus etiam civilibus praecipientibus sub temporali poena ea, quae sunt juris naturalis, aut divini positivi; tum etiam ex eo, quod poena temporalis superadditur, ut subditi facilius in officio contineantur, sicut faciant, quod facere tenentur, cum quandoque homines a transgressione legum magis arceantur formidine poenae temporalis, quam obligatione conscientiae; juxta illud: Oderunt peccare mali formidine poenae. Ceterum valet [illegible] admittendum est, quando illa duo sunt inter se repugnantia, et alterutrum duntaxat datur optio, vel etiam quando id, quod [illegible] non est favorabile alterutrum eligenti: secus vero, si [illegible] sunt inter se compatibilia, et ad utrumque [illegible] quod expresse non ponitur, est favorabile tacenti. Ex [illegible] responsio patet ad rem.

Secundum autem, quod objicitur, nimis [illegible] probat nempe et naturali aequitati repugnare quotquot sunt ecclesiasticae leges censuras infligentes, item et quotquot sunt civiles [illegible] transgressoribus dictarum legum temporales poenas infligentes. Sicut [illegible] tales leges contra naturalem aequitatem non sunt, ita neque [illegible] quas in praesenti disputamus. Nam praeterquamquod peccatum [illegible] poenam capiat, transgressio civilis legis simul est [illegible] et civilis Legislatoris; ideo et juste a Deo aeterna poena, et a [illegible] Legislatore poena temporali punitur.

Tertium pariter instantias [illegible] ecclesiastica censurarum, quare sicuti cum Ecclesiasticus [illegible] spirituali poena mulctat dictarum legum violatores, id si non [illegible], saltem valide utitur est cum bono, neque supra vires [illegible] subditi gravantur, atque [illegible] casus, in quo [illegible] nitatis ac eorum nempe in officio continendorum non [illegible] minori, ita in casu nostro, videlicet cum Legislator [illegible] per verba certo praeceptiva imponit, dicendum est. Atque [illegible] ad id, quod additur, [illegible] in odiosis benigniorem interpretationem faciendam esse, ubi quando est dubium, utrum Legislator [illegible] ad utrumque, nempe et ad actum, et ad poenam obligare [illegible] ubi constat de mente Legislatoris ad utrumque [illegible] volentis, ut constat in casu praesenti.

Ad quartum vel dicendum est, practicam [illegible] istam non niti sententiae nostrae oppositae; ac proinde [illegible] legislatores negare uti conspecta forma in suis condendis legibus [illegible]. Vel etiam satis probabilis etiam practica [illegible] nobis contraria, adhuc merito uti praedicta forma, quia [illegible] sunt satis communiter recipi potiorem [illegible] ac ideo vanum non curare hujus, vel illius [illegible] particularis [illegible] si qui [illegible] nostram sententiam non esse certam, quod nos [illegible] contra [illegible] sed vel tanquam [illegible], aut probabiliorem [illegible]

Ad confirm. dico, verum quidem esse, Principes Gentiles non agnoscentes obligationem in conscientia, atque adeoque penae actu tolli, ac explicite non intendere obligationem eam, falsum autem esse, eam virtualiter, et implicite non intendere, et velle. Cum enim ipsis, ut supra ostendimus, à Deo facta fuerit potestas veram legem, et quidem in conscientia obligatoriam condendi, ac ipsi veram legem efformare velint, et intendant, atque ad actum praeceptivum, prout possunt obligare, atque obligatio in conscientia sit effectus necessarius legis verbis praeceptivis efformatae, jam cum impossibile sit velle causam necessariam, quin hoc ipso et voluntas in effectum feratur, eo ipso quod ipsi Principes veram condunt legem praeceptivam intenderunt, et volunt in conscientia obligari. Praeterquamquod quamvis ethnici legislatores veluti praescindendo ab obligatione conscientiae eam non intenderent, ab ea tamen non praescinderet Deus, sed eam positivè intendit praecipiendo obedire justis superiorum, quicumque sint, legitimè intercedentibus; et proinde licet Gentilium Principum leges non obligarent ex intentione humani legislatoris; obligarent tamen ex intentione ipsius summi legislatoris Dei, ergo etc.

Atque ex his patet, quid dicendum sit ad argumentum à praxi, et consuetudine desumptum; negandum scilicet est, talem invaluisse consuetudinem, cum contrarium constet; contra quod nihil facit nonnullorum exemplum, qui forte sibi scrupulum non faciunt ex eo, quod contrariam sententiam credant in conscientia practicabilem. Stat ergo firmum, leges penales verbis praeceptivis constantes in sensu nostro in conscientia jam sub gravi, jam sub levi obligare, juxta dicta § 4 de genere obligationis legum humanarum à num. 200, et pluribus seqq. Quid autem dicendum sit de legibus penalibus praeceptiva verba, aut his aequivalentia non continentibus, modo dicendum est. Sit itaque

435 Propositio 2da: Lex penam gravem etiam temporalem, v.g. mortis, mutilationis membrorum, infamiae, triremium, et carceris ac longum temporis, publicae fustigationis, confiscationis bonorum etc. imponens in opus legis non facientes, licet verbis [illegible], seu casto non praeceptivis constet, nequaquam obligat sub [illegible] in conscientia ad [illegible] ad actum, vel ad penam in ea praescriptam. Est mihi probabilior sententia cum Suarez lib. 5 de leg. pen. et Civili cap. 26 num. 4, Bonacina hic disp. 1 q. 1 p. 7 § 4 num. 26 pro sua sententia citante Covarruviam, Navarrum, Azorium, Vasquez, Valentiam, aliosque, quos sequuntur Laymann lib. 6 de lege penali num. 6, Salmanticenses tract. 5 q. 3 de lege penali, Lib. 2 de obligatione legis penalis num. 5 aliique plures contra tertiam sententiam [illegible] Patronos. Ratio lex penalis gravem penam etiam temporalem [illegible] obligat, ut num. 428 diximus, ad subeundam penam quantumvis gravem pro casu omissionis actus in ea praescripti, atqui regulariter non est obligatio penam praesertim gravem etiam temporalem subeundi in sensu propositionis, atque poena [illegible] culpa theologica, sicut docet S. Aug. lib. [illegible] libro [illegible] c. 18: Omnis pena, si justa est, peccati pena est, et supplicium nominatur: et lib. 2 de Bap. cap. 6 [illegible] [illegible] Sanctos esse statuerunt, quae apprehendere debemus, quid sit

gravius, atq exemplo sacrarum scripturarum ostendisset, peccata gravi pœna gravi punita fuisse v. g. idolatriam gladio, excussionem [illegible] babilonica capte, et peregrina captivitate, et Schisma hiatu terræ [illegible] tis omnibus vivis, et cæteris cœlesti igne consumptis, in hunc modum concludit: Quis jam dubitaverit, hoc sic scelestius commissum esse ... est gravius vindicatum: Cum ergo hūæ leges divinas, quantum ... jus, imitari debeant, et imitantur; atq: pœna a Deo inflicta culpam supponat, supponit etiam pœna ab hūo legislatore inflicta, aut [illegible] danda; ergo lex pœnalis gravem pœnā &c.: Ut proinde verum sit, quod S. Thōas 1. 2. q. 96. a. 4. in c docet inquiens = Dicendum, quod leges positæ hūitus, vel sunt justæ, vel injustæ; si quidem justæ, habent vim obligandi in foro conscientiæ a lege æterna, a qua derivantur =; Cum ergo pœnales leges, de quibus disputamus, justæ supponantur, in conscientia obligant ad præscriptum actum ponendum.

His omnibus accedit, quod cum gravis pœna ... gam imponitur, res facienda a lege præscripta est maxime ... menti, atque maxime conducens ad bonum publicum; in hoc modo autem res legislator nunquam, cui bonum publicum cordi est, uti solet tota sua potestate; ergo cum hujus legislator ... re ponit tūo ad actum, tūo ad pœnam pro casu omissionis actus a lege præscripti cum gravem imponit pœnā, regulariter obligat ad utrumque; ergo &c.

431 Dixi autem primo in propōe pœnam impositam loquendo enim de legibus, ac constitutionibus imponentibus pœnam proprie talem, quæ potius est inhabilitas quædam ad aliquod ... supplicium, seu pœna proprie talis, ut sunt irregularitas ... [illegible] quædam matrimonii impedimenta, invaliditas [illegible] nū sine quibusdam solemnitatibus &c, jam absque [illegible] quæ contrahi nequeunt, et contrahuntur ...... [illegible] obligat in conscientia. [illegible] cum [illegible] de varietate hūanarum legum, in 4 de lege pœnali num. 7; [illegible] hic Tract. ii. cap. 2 § 1, [illegible] a lege in communi [illegible] 1 Dan. 15 num. 12 [illegible] hic Tract. 3. cap. 2 [illegible] 4 § 1 [illegible] Antonio. Con 3. de lege pœnali [illegible] 2; aliisq., non [illegible] ... [illegible] quæ pœnam in morali prudentum judicio spectantes ... in transgressores infligunt: [illegible] in conclusione ... [illegible] ... [illegible] legislator, ut communiss[illegible] ... [illegible] pro casu [illegible] ... [illegible] hac potestate quandoque uti ... salutem [illegible] spirituali [illegible] tales [illegible] communi [illegible] ... [illegible] contra [illegible] ... conscientiis eo modo [illegible] ... clare innuitur per regulam 23 juris in 6 Sine culpa nisi subsit causa, non est aliquis puniendus [illegible] regula, [illegible] ... lit dicere, talem supponere. [illegible] ... [illegible] pœnā infligi posse; ut adeo [illegible] ... supra [illegible] regulariter [illegible] pœnam [illegible] ... [illegible] vel in [illegible]

propter solam politicam, seu civilem culpam infligi possit; et proinde tota difficultas sit in assignanda regula quo cognoscendis casibus particularibus, in quibus lex per verba indifferentia lata ac temporalem poenam infligens tantum ad poenam obligat. Hinc vel in re satis obscura sit.

Regula prima. Praeterquam in casibus num. 231 recensitis, lex poenam temporalem infligens censenda est mere poenalis, quando poenam statuit in facientes actionem aliquam, ad quam a natura jus quoddam habent, cujusque omissio est admodum dura, et difficilis, atque ad bonum commune non necessaria. Haec regula patet ex dictis a num. 209, et sequentibus, ubi probavimus huiusmodi leges cum vitae dispendio, aut gravi damno temporali regulariter ad sui observantiam non obligare. Quidquid satis ostendunt huiusmodi leges prohibentes res emendas [illegible] ac sibi [illegible] complendum. Has enim leges esse mere poenales, teste de Lugo, communiter docent Theologi.

est, quæ punitio non est, neque peccati vindicatio, sed [illegible]
ob boni regimen, vel ex necessitatis causa, vel ob aliam ra-
tionabilem finem, tales sunt irritationes, et annullationes, [illegible]
[illegible] inhabilitates ad officium, beneficium &c., ob [illegible]
vel quarundam solemnitatum substantialium quæ [illegible] re-
quiruntur, ut est præsentia Parochi, et duorum vel trium testium
in matrimonio, præsentia quinque vel septem testium in [illegible]
[illegible] ad causas pias, consensus Tutoris in contractu
[illegible] cum pupillo &c., vel quarundam conditionum, quæ tanquam
necessaria requisita assignantur, ita ut illis non [illegible]
non intelligatur factum, et gratia facta; cujus rei exemplum
habes num. 402. Quæ distinctio semper sub oculis habenda
est, cum hic tantùm sermo sit de pœna propriè ta-li

Poena autem proprie, et rigorose talis alia est positiva et alia est privativa, et alia mixta. Positiva est, quae actionem aliquam expostulat ad sui executionem, sive actio ab ipso delinquente, sive ab alio tertio sit facienda, ut sunt flagellatio, mutilatio, exilium &c. Privativa est, quae in alicujus boni privatione praecise consistit, sicuti sunt excommunicatio, suspensio, interdictum, irregularitas ex delicto &c. Mixta est, quae partim actionem, partim passionem continet, ut est solutio pecuniae, quae includit actum solvendi, et privationem dominii, idem dic de renuntiatione beneficii, officii &c. Inter hujusmodi autem poenas aliae sunt temporales, et aliae spirituales, aliae privantes jure jam acquisito, aut acquiri capto, et aliae privantes jure nec acquisito, nec acquiri capto. Temporales sunt, quae bonis temporalibus privant, ut est confiscatio bonorum, carcer, exilium &c. Spirituales sunt quae spiritualibus bonis privant, ut est excommunicatio, suspensio, interdictum &c. Privantes jure acquisito, aut acquiri capto sunt, quae privant hominem dominio, aut quasi dominio et jure, quod actu possidet, aut possidere jam coepit. Privantes tandem jure nec acquisito, nec acquiri capto sunt, quae impediunt, quo minus dominium, et jus acquirendi in personam aliquam transferatur. His ita expositis

Praeparata circa difficultatem, an videlicet reus sit obligatus ad subeundam poenam ipso jure latam ante quamcunque judicis sententiam, adnotandum est, extra quamcunque controversiam esse, ecclesiasticas censuras latae sententiae incurri ante ullam judicis sententiam etiam criminis declaratoriam, si excipias irregularitatem, quae provenit ex infamia orta ex juridica sententia judicis. Atque patet nedum revolvendo sacros canones censuras latae sententiae infligentes, quos praxis, et consuetudo ita interpretatur, ut obligent delinquentes ad patienter tales poenas sustinendas ante quamcunque judicis sententiam etiam criminis declaratoriam, sed etiam ex eo constare videtur, quod conveniens est, ut ecclesia, quae spiritualem subditorum profectum spectat, nedum habeat in promptu poenas, quibus a contrahendis [illegible] quantumvis occultis arcere possit, sed etiam de facto eas infligat, in [illegible], ut expedire judicandum est, cum poenas spirituales latae sententiae infligit.

Insuper inter se conveniunt Doctores, poenas mere privativas sive proprie, sive late tales, jure nondum acquisito privantes, cum sint latae sententiae, effectum suum sortiri ante omnem judicis sententiam. Ratio autem est, quia sicut Respublica ex necessaria causa, ac ita bono communi exigente disponere potest de bonis suorum subditorum, ac eos etiam iisdem privare; ita et tali exsistente causa per suas leges impedire potest, ne subditi jus possidendi acquirant ad hoc vel illud officium, beneficium, actum &c. Atqui cum Respublica sive ecclesiastica, sive saecularis condit leges latae sententiae mere privativas, seu jure nondum acquisito privantes, tum justa intercedit causa, et ita bono communi exigente, ut nempe subditi reddantur inhabiles ad dominium, et jus acquirendum, et deinde Respublica de facto velit eos inhabiles facere; nam primo ex justa causa supponitur; et deinde legislator ita exprimit mentem suam ut statim velit obligare, ergo &c.

Quod ex ipsis exemplis [illegible] utrumque [illegible] nam commodatur. Ut quoad poenam privativam talem, ut colligitur ex [illegible] Tridentini [illegible], qui cognovit consanguineam uxoris, is qui copulam habuit cum consanguinea uxoris suae intra secundum

gradum, ante quamcunque judicis sententiam ipso facto privatur jure [illegible]
di debitum conjugale, et propria uxore mortua inhabilis est ad con-
hendum cum ea consanguinea, quam cognovit. Item, ut habetur in
Super hoc, Capit. Significasti, et Capit ultimo, De eo, qui duxit in ma-
trimonium, quam polluit per adulterium, nulla interposita judicis [sen]-
tentia, conjugatus, qui sub data fide futuri matrimonii post [mortem]
legitimae uxoris, cum aliqua adulterium commisit, inhabilis ipso [facto]
fit ad contrahendum cum ea, etiam mortua propria uxore. De[nique]
ut plura alia omittam, simoniace electus ad Beneficium, ut [sta]-
tuitur in extravaganti Cum detestabile, De simonia, ante quam-
que judicis declaratorium judicium dimittere beneficium tenetur [illegible]
cum electio ipso jure sit nulla.

Quoad poenam vero latae talem provenientem ex
defectu solemnitatis substantialis patet ex Trid. Sess. 24 Cap. [illegible]
format. ipso facto irritante matrimonia sine praesentia [Parochi]
vel alius sacerdotis de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia [et]
sine duobus aut tribus testibus praesentibus celebrata. Patet etiam [in]
alienatione rerum ecclesiae, in testamentis sine solemnitatibus
a jure requisitis factis, item et in contractibus pupillorum [et mi]-
norum sine consensu Tutoris, et curatoris initis, jam [ipso fa]-
cto nullis ante quamcunque judicis sententiam.

Tandem et quoad poenam latae talem ex [defectu]
conditionis necessario requisitae, praeter exempla [illegible]
ta colligitur primo ex Capit. Licet Canon, De Elect. in 6, [ubi sta]-
tuitur, quod beneficium parochiale sine sacerdotio [obtinens]
si intra annum suum ipse non ordinatur, nulla praemissa [moniti]-
one illud dimittere debeat, utpote cum per tale [illegible]
jure privatus. 2do ex Trid. Sess. 23 Cap. 2, ubi [illegible]
[illegible] ecclesiis, nisi intra sex menses a [illegible]
consecrentur. 3tio ex eodem Trid. eadem Sess. [illegible] 1, in quo [illegible]
[illegible] curam Animarum annexam habentia obtinentes [illegible]
quod si non residerint, pro rata absentiae non faciant [illegible]
[illegible], nec tuta conscientia eos retinere possint, alia [illegible]
[illegible] non secuta: Quod idem dicendum est de beneficiatis [illegible]
[illegible] Canonicos non residentibus, ut constat ex propositione ordine [illegible]
damnatas ab Alexandro VII die 7 Septembris 1665, quae est [illegible]
tenoris = Restitutio a Pio V imposita beneficiatis non recitantibus
non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam [illegible]
quod sit poena. Denique, ut plura alia praetermittam, [illegible]
ex Canon. Cum singula, De Praebendis in 6, in quo [illegible]
[illegible] secundum beneficium incompatibile, [illegible] primo, ipso jure illo [illegible]
et inhabilis [illegible] [illegible] si non [illegible]
[illegible] Hinc difficultas major devolvitur ad poenas [illegible]
[illegible] jam acquisiti, aut acquiri jam cepti, atque [illegible]
[illegible] actionem ad sui executionem requirentes: et [illegible]

474 Propositio prima. Humanae leges [illegible]
[illegible] ipso facto inhabilitando, juris jam acquisiti, aut [illegible]
[illegible] vigilantes non obligant in conscientia [illegible]
ante quamcunque judicis sententiam etiam declaratoriam [illegible]
Ita Salmanticenses hic Tract. 11 Cap. 2 Puncto 3 § 2 num. [illegible]
[illegible] allegantes Othen, Gordonum, Molinam, [illegible]
[illegible], Cassium, Palaum, et Suar., quibus consentiunt, [illegible]
Cap. 8 De poena Privativa num. 3, Giribaldus in Tract. 3 [illegible]
[illegible] gatione Legis § 2, Honoratus Tournely [illegible]
Cap. 5 De Lege [illegible], Sect. 1 De Lege Papali, aliique [illegible]

Prob. Prafundata leges à communi usu, praxi et consuetudine legitime introducta ita interpretantur, ut regulariter importent obligationem se subeundam poenam solum post sententiam criminis declaratoriam. Sic primo quamvis in Capit. Cum secundum leges, de Haereticis in 6. haereticorum bona ipso jure confiscata declarantur; nihilominus haeretici fisco tradere non tenentur, quinimo contractus, et alienationes ab ipsis factae sunt validae, ante sententiam criminis declaratoriam, ut tenet communis sententia. 2do licet in Capit. Pro Humani, de Homicidio in 6 qui quempiam Christianorum per Assassinos interfici fecerit, ipso facto dignitatibus suis, et beneficijs suis privatur; tamen dictas poenas subire non debent ante Judicis sententiam, ut communis tenet sententia. 3tio ut omittam alia, tametsi in Constitutione Pij IV committentes simoniam confidentialem ipso facto privantur beneficijs ante obtentis; itemque in Trid. Sess. 24. Cap. 18. idem statuatur contra examinatores simoniam committentes in examine Rectoris alicui ecclesiae praeficiendi; attamen ante criminis declarationem beneficia renunciare non tenentur; ergo &c ... Suadet et ipsa ratio, Nam si esset obligatio subeundi praedictas poenas etiam ante sententiam judicis declaratoriam, tales leges essent nimis durae, et acerbae, utpote quae reum obligarent ad prodendum sui delicti per semet ipsum, itemque et per semetipsum ad se privandum rebus, et beneficijs a se possessis, quod certe nimis durum, et acerbum, et asperum est: ita ut praedictas leges potius in detrimentum, quam in augmentum boni publici vergerent, cum vix esset, qui eas observaret; ergo &c praesertim cum et simus in odiosis, et proinde benignior sit interpretatio facienda.

Notandum tamen est, me dixisse, regulariter non obligare in conscientia &c, tum ut excipiam poenam, qua incestuosi conjuges agnoscentes consanguineam uxoris suae in tertio gradu privantur debiti petitione, nulla expectata judicis sententia, etiam declaratoria criminis: tum ut excipiam eas leges, in quibus apponeretur haec aut similis clausula: etiam alia declaratione non secuta: de qua in sequenti propositione.

Propositio secunda. Humanae leges latae sententiae, infligentes poenam, quae ad sui executionem externam ... requirat, regulariter non obligant in conscientia ad poenam subeundam ante judicis sententiam saltem declaratoriam criminis, praesertim ubi poena est valde gravis, ac ... nisi specialis clausula, v. g. haec aut aequivalens etiam alia non secuta declaratione, habetur in ipsa lege. Ita docet ... 3. P. Mattin. Disput. 53. num. 2. dicens hanc esse sententiam omnium theologorum, et juris utriusque Professorum, Castropalaus hic Tract. 3. Disp. 2. Pun. 2 ... citato, Tournelj; et quamplures alii cum S. Thom. 2. 2. q. 62. a. 3 ... 8, de poena a lege inflicta ob furtum dicente = quartus ... ad ... tribuatur remedium per poenam, cujus inflictio pertinet ad ... et ideo antequam sit condemnatus per judicem, non tenetur restituere plus, quam accepit. Sed postquam condemnatus ... tenetur poenam solvere = Hanc: propositionem ... voluti a tertio ... in ... facto tales leges ... non ... eos observandos, quod est contra legis naturam?

477. Dixi autem primo: *Praesertim ubi poena est sat gravis, ac difficilis.* Nonnulli enim, inter quos Honoratus Tournely, eius continuator loco jam citato, et P. Paulus Gabriel Antoine de Paenali cap. 3 § 2 Respon. 1. docent, poenam moderatam latae sententiae, ut est recitatio aliquarum precum, moderata corporis afflictio, jejunium uno, vel altero die ponendum, de subeundam ante quamcumque judicis sententiam etiam declaratoriam criminis. Huius limitationis rationes reddit ipse P. Antoine, et primo quia talem poenam subire non est grave onus, nec repugnat, id est sanguini, et usui Ecclesiae. 2do, quia huiusmodi poenas infligere non modo necessarium sit, sed etiam saepe expedit infligere huiusmodi poenas ante quamcumque judicis sententiam: 3tio, quia immo debet vis concedi legi, quam judicis sententiae, cum lex procedat ab habente de se potestatem; sententia autem fiat nonnunquam ab habente delegatam potestatem: judex autem potest per sententiam infligere sibi poenam mitem ab ipsomet reo exsequendam ante quamcumque aliam declarationem; ergo et legislator. Huiusmodi rationes contrariae sententiae Patronos non movent: primo quia contrariam censent esse praxim, et Ecclesiae sensum, qua sola vis legis attendatur, et praescindatur a vinculo, quod solum de necessario sit, vel etiam ab uno, vel particulari casu, pro quo regulas jam fundare non sit: quod et reponunt ad 2dam rationem, negant scilicet, id saepe bono publico expedire, ut potius putant contrarium. Non item 3tia ratio eos movet. Existimant enim ... ipsam inter sententiam judicis, et legem ipsius, ... Siquidem enim a judice condemnatus ad poenam aliquam, etiamsi juris beneficio ea non noceat, etiam subire statim debebat, sed expectare sit, v. g. quod petatur, si est poena ..., ut ea ipsa praxis ostendit; idem et de lege dicendum esse ... Quidquid autem de hoc dicendum sit, adhuc discrimen est inter legem, et sententiam judicis, a qua reus beneficio ... si non ..., quia nempe lex non est ultimum ... eius, quo absolute, et simpliciter valet poenae executionem ... si lex sit latae sententiae, ut patet in poenis admodum ... actionem externam ad sui executionem exigentibus: cuius judicium est ipsa judicis sententia: saltem declaratoria. Quaenam autem ex his sententiis sit amplectenda, definire non audeo.

478. Dixi 2do: *Neque specialis clausula,* ... aut aequivalens. *Alia declaratio* ... etiam non scitur ... ipsa lege. Nonnulli enim Doctores volunt, cum ea, aut similis clausula in lege apponitur, poenam latae sententiae ..., ante quamcumque judicis sententiam incurri: ... ex variis juris textibus, quos num. 473 vidimus, ... ante talem ex defectu conditionis necessario requisitum ante judicis sententiam [redacted] declaratoriam ... est acquirendi, aut acquirere capacitatem, item ex nonnullis ... 474 adduximus ad probandum poenam latae sententiae non incurri ante judicis declarationem; quibus primo dedimus extravagantem ... de rebus Ecclesiae non alienandis, in qua Praelati ... et Rectores Ecclesiarum alienantes bona suarum Ecclesiarum contra praeceptum illius legis privantur ipso facto ... per haec verba: Si vero extiterint ipso facto, illegitime absque Declaratione vocari cassantur. Quam legem dicimus ...

erat non indigere declaratoria sententia, sed privationem ipso facto
incurri, beneficiaq: vacare: 2do adducit Capit. Cum in cunctis, de Elect.
in quo Canonici ipso facto privantur electione, si scienter indi-
gnum eligant, quam poenam incurrunt nulla habita delicti decla-
ratione. Quibus accedit et ipsa ratio: Nam primo superflua esset, et fru-
stranea praedicta clausula, 2do leges praedictam clausulam conti-
nentes non distinguerentur ab ijs, quibus talis clausula deest:
quod jam non est dicendum, ergo &c.

Verum nonnulli Doctores inter quos Giribaldus
cum Bolam, Castro, Soben, Molinam, Sanchez, aliosque, susti-
nent satis probabiliter, praedictam limitationem communis doctri-
nae locum non habere in praesenti causa. Hinc cum his Doctoribus
dicendum est, nihil concludi posse ex citatis juris textibus. Nam quod
attinet ad Canones primo loco citatos, et relatos a nobis num. 273.
In certo ad rem non sunt, utpote cum procedant de poena la-
tae tali, imposita nempe ob defectum conditionis necessario requi-
sitae, ut ibidem diximus. Canones vero 2do loco citati, et num. 272.
relati, ut ibidem probavimus, exponi debent de poena quidem
ferenda tali, sed incurrenda post declaratoriam criminis sen-
tentiam. Quod idem dicendum est ad Capitulum Ambitiosae, et ad
Capit. Cum in cunctis, alijsq:, si quae adducantur, ex eo nempe, quod
vel ipse legislator non intellexit per appositas clausulas exclusio-
nem sententiae criminis declaratoriam, vel si id etiam intellexit,
contrarius usus, et praxis invaluit, et adeo leges quoad eam ex-
clusionem non sunt usu receptae. Cujus interpretationis Cano-
num praefata ratio generalis est, quia ubi sumus in odiosis, quem-
admodum sumus in praesenti causa, stricta interpretatio facienda
est, quantum commode fieri potest: commode autem in casu clausu-
lae illae: Alia declaratione super hoc non secuta. exponi potest, etiamsi
dicatur, sententiam criminis declaratoriam requiri, exponendo
nempe de declaratione novae poenae a judice imponendae; non
autem de declaratione criminis; sicuti de facto in communi
sententia exponuntur leges, in quibus inveniuntur dictiones: ipso
facto, ipso jure, statim, ex tunc &c. Atque ex his ad argu-
mentum a ratione derivatum, negatis superflua, et frustranea
esse praedictam clausulam, sicuti superfluae non sunt dictiones
paulo ante citatae, effectum scilicet suum sortiuntur, etiamsi poena
subiri non debeat ante judicis declarationem de delicto suo,
illa nempe hunc effectum habet, quod non requiratur senten-
tia judicis instructura poenae. Qui effectus, jam juxta communem
sententiam sufficit ad non reddendas superfluas dictiones ipso facto,
ipso jure &c. in lege positas: Quod quidem talis effectus sufficit
ad discriminandas leges latae sententiae a legibus ferendae sententiae; su-
perflua ergo, et frustranea ea clausula [illegible] non est, etiamsi di-
catur, requiri sententiam criminis declaratoriam. Cui non obstat quod
secundo loco adducitur a ratione, nihil enim absurdi sequitur ex
eo, quod dicatur, legem habentem dictam clausulam non discri-
minari a lege latae sententiae, tantum tior siquidem non sunt rationes
supra relatae; hinc dices, eam clausulam poni a legislatore, ut
magis indicet subditis, se velle dare legem, et poenam imponere
in eventum absque nova sententia criminis condemnatoria; non
atque tamen criminis declaratoria.

Atque ex his constat, satis probabile esse regulari-
ter nullam esse legem papalem praefer censuras, et irregularitates inflictas

etiamsi nondum feratur per dictiones: ipso facto, ipso jure, et [illegible] sed etiam addatur clausula: alia etiam declaratione non [illegible] aut alia similis, obligantem in conscientia ad subeundam [illegible] nam ante declarationem criminis per judicem factam [illegible] est juris acquisiti, aut acquirendi capta, privativa, aut ad [illegible] cutionem actionem externam requirit, et adeo committens [illegible] cui ipso facto per leges [illegible] est bonorum confiscatio, [illegible] legitimé obtenti privatio, &c, potest tuta conscientia [illegible] re bona sua retinere, vel etiam illa alienare, fructus [illegible] percipere, &c: ipsi dispensare, sacramenta ministrare, &c. [illegible] donec per judicem declaratio criminis fiat, hac [illegible] tione, quod habita declaratione à die commissi criminis alienationes facta [illegible] nullæ, et percepti fructus &c restitui debeant, ut [illegible] mus. Atque etc his ad tertiam difficultatem.

§. 4 De obligatione legis pœnalis ad subeundam pœnam post judicis sententiam.

481 In præsenti difficultate, in qua quæritur de obligatione [illegible] subeundi post sententiam à judice pro-latam, quæque locum habet [illegible] pœnis, ad quarum obligationem sententia judicis requiritur, [illegible] cum pœnæ, quas quis pati debet ante quamcunque judicis sententiam [illegible] à tertio subeundæ sint post talem sententiam, præoculis [illegible] habenda est divisio sententiæ in condemnatoriam, et declaratoriam, item et pœnæ, in pœnam latæ et ferendæ sententiæ, quarum [illegible] est divisio pœnæ, in pecuniariam, et corporalem [illegible] qua quis bonis et [illegible] [illegible], aut [illegible] [illegible] [illegible] est qua quis bonis omnibus privatur, seu in [illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible]. Hæ autem corporales pœnæ, [illegible] sunt contra vitam, vel integritatem, vel gravem dolorem [illegible] ignominiam important, ut mors, mutilatio, [illegible] et vilis flagellatio: quædam vero sunt, quæ in corpore [illegible] corpus exercentur sine crudelitate, ut abire in exilium [illegible] continere, peregrinari &c. [illegible] divisionibus [illegible]

482 In præsenti causa, primo tanquam certum [illegible] est, reum etiam post quamcunque sententiam judicis sive [illegible] riam, sive condemnatoriam non teneri [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] subjicit justa esse; ratio quod modum exhibitionis esset [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est, quod idem debeat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] adeo [illegible] [illegible] in lege innocente [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vero boni publici, ut bono publico [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ab alio, nempe justitiæ ministro imponitur. Ubi [illegible] [illegible] quod licet reus ad mortem, mutilationem &c juste damnatus [illegible] sibi fuga consulere, nisi ratio urgentissima boni publici [illegible] [illegible] manere; attamen vi resistere non [illegible], [illegible] ad non [illegible] standum tenetur ministris dictam pœnam [illegible] [illegible]. Nam, ut ait Apostolus Rom. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem [illegible]

... se praestare actiones eas, quae a justitiae ministris commode prae-
stari non possunt, et alioqui sunt necessariae ad executionem sup-
plicii, ut est proficisci ad locum destinatum pro supplicio, scalas
ascendere, collum praeparare, manus apponere &c. tum quia tales
actiones secundum se sunt indifferentes, et nihil mali in se con-
tinent, tum quia cum judex jus habeat ad praecipiendam executio-
nem sententiae, et jus habet ad mandandum quidquid est necessarium
ad praedictam executionem, tum quia si reus eas non praestaret, ali-
ter videretur resistere poenae, ad quam patienter sustinendam
tenetur: ergo &c.

Secundo, loquendo de poenis corporalibus sanguinem non attingentibus, nempe exilii, carceris, triremium, fodiendi metalla, mo-
dicae flagellationis &c, communis sententia docet, ipsum reum teneri
propriam exequi nedum post sententiam criminis declaratoriam,
si poena est latae sententiae, sed etiam post sententiam condemnatoriam
ultimam, et definitivam judicis, a qua nequit appella-
ri, vel quam infirmare nullo juris remedio potest. Cujus ratio
est quia talis poena, et quantum ad substantiam, et modum justa est,
et alio modo vix exequi fit, nisi ab ipso reo executioni
mandetur voluntarie, et directe ad tales poenas cooperando,
et se in carcerem ... Unde non fit a carcere fugere, ab
exilio exire, servitute, fuga liberare &c. Ast sententiam com-
munem temperandam censet Castropalaus hic Tract. 3. Disp. 2.
Puncto ... num. 5, atque communem sententiam locum habere censet solum
ubi carcer non est nimis durus, et tristis, exilium non est ad
terram insalubrem &c, secus ubi carcer esset nimis mo-
lestus, et acerbus, ac reus male tractaretur, exilium foret ad
... insalubrem &c. Et rationem reddit, quia tunc praesenta-
... humana esse deberet, et inhumanum videtur, reum in poena
... molesta per semetipsum esse judicis ministrum contra se
... ergo &c. Cui doctrinae et suffragantur Salmanticenses hic
Tract. ... cap. 2 Punct. 3. §. 3, adnotantes cum nonnullis Doctoribus
... per semetipsum non teneri exequi dictas poenas, si nimis
durae et acerbae sunt, nisi vel in ipsa sententia ...
... statim absque alio executioni mandentur ab ipsomet
reo et adeo volunt, ultra sententiam sive declaratoriam, sive
condemnatoriam requiri novum praeceptum judicis, et mini-
strorum executionem. Quod ipse praxi confirmatum vid...

Tertio, si sermo sit de poena pecuniaria moderata,
... communis sententia tenet reum obligatum esse poe-
nam solvere facta condemnatione, vel declarato delicto, cui
ipso jure poena annexa est, dum appellatione, aut alio juris
remedio reus se tueri non fit. Ratio est, quia ex una parte
sententia justa esse supponitur, et ex alia parte executio talis
poenae non est nimis dura, et acerba, ubi non est sermo
de ... omnium, aut saltem omnium, aut bonorum partis
bonorum. Verum hi advertunt Salmanticenses, et alii requiri
ut petatur ab eo, cui solvenda est, quia ita habet praxis
et usus communis: quod et concedit, ... etiam
de poena ordinaria, et moderata, ubi reus simpliciter
condemnatur ad talem poenam, quia videlicet poenae
... sunt, ubi contrarium non constat, secus vero ubi
per sententiam judicis reus condemnatur, ut ipse tantam
pecuniam solvat, utpote cum tunc satis clarum sit judicis

praeceptum imponens obligationem solvendi etiam ante petitionem. Sed jam

§ 5: De Obligatione judicis ad applicandas poenas in lege taxatas.

485. Non eandem potestatem in leges inesse inferiori, ac supremo judici et supra diximus, et patet etiam vel ex eo, quod supremus judex utpote legislator et in lege dispensare, et privilegium concedere sit; contra judex inferior vel legislator non est, si etiam legislator est, adhuc in lege sui superioris dispensare non sit, aut privilegium concedere. Quapropter eodem modo loqui non possumus de obligatione judicis inferioris et superioris ad applicandas poenas in lege taxatas; ideo quoque difficultatem hanc bipartitam tradere; ad quam pro meliori pertractandam, prae oculis habere necesse est, leges poenas infligentes procedere circa delicta prout regulariter fiunt, non autem circa delicta, quae extraordinariis circumstantiis vel atrociora, et graviora, vel minora ea redduntur: legislatores enim per suas leges intendunt regulare ea iis, quae regulariter fiunt; et proinde ubi circumstantiae vel aggravantes, vel minuentes notabiliter delictum intervenerint, judicium secundum rigorem legis non [illegible] dum, nisi et de hujusmodi circumstantiis loquatur ipsa lex.

486. Propositio prima. Judex, qui est supremus legislator, habita rationabili causa, non tenetur poenam in lege taxatam delinquenti imponere, sed eam vel ex toto, vel ex parte secundum aequum, et justum remittere sit. Ita juristae in l. [illegible] juris ratio, ff de legibus, Salmanticenses hic Tract. 11. Capite [illegible] § 4, Castropalaus hic Tract. 3 Disp. 2 Puncto 5, Gribaldus [illegible] de legibus Capit 2. de Obligat. Legis Sub. 4. § 3, et alii [illegible] 2. 2. q. 67. A. 4 in C. Dicta et ratione = Princeps qui habet plenam potestatem in Republica, si ille, qui plessus est [illegible] [illegible] eam remittere, poterit reum licite absolvere si [illegible] utilitati viderit non esse nocivum. Et ratio est clara; nam supremus Princeps, habita rationabili causa, sit abrogare legem, vel in ea dispensare, aut privilegium concedere, ita et per sententiam a se latam subtrahere a poenas, quas [illegible] dum leges pati deberet, eximere, et liberare vel ex toto, vel ex parte, secundum quod aequitati consentaneum videtur.

Dixi autem habita rationabili causa, etiam, quod tunc supremus Legislator non delinqueret [illegible]

487. beam, a qua sine causa reum ex imeret (quod [illegible] tamo negat suarez lib 5. de variatate legum [illegible] utpote cum et legislator quoad vim directivam [illegible] teneatur), adhuc [illegible] vel leviter, vel graviter sit [illegible] ta peccaret tum quia irrationabiliter ab onere [illegible] eum, qui non est eximendus, quod est peccatum acceptionis personarum, et contra justitiam distributivam [illegible] superior ex officio tenetur procurare bonum commune [illegible] legum suarum observantiam, et fidelitatem [illegible] sua potestate in aedificationem non in destructionem [illegible] eam non [illegible] absque causa a poena [illegible] eximendo eum, qui propter sua demerita [illegible]

tum quia tali modo homines redduntur audaciores in committendis criminibus, et via aperitur ad leges transgrediendas, ut docet Trident. sess. 25. cap. 18. ; ergo &c.

Ubi tamen notandum est, respectu supremi Principis, legitimam, et rationabilem causam eximendi hunc, vel illum reum à poenis in lege statutis non solum esse eas causas, quae à jure communi sunt, vel à legitima consuetudine introductae sunt, quales sunt ex leg. Divus Adrianus ff de termino moto, et ex leg. [illegible] ff de Minoribus, conditio personarum, et aetas in tolerandum poenas insufficiens, qualis esse sit pueritia, et senectus. Ideo in poena pecuniaria ex leg. Illicitas §. ultimo ff de Offic. Praesidis, paupertas item ex leg. Absentem ff de Poenis, modus probationis, si reus plene non est plene convictus, saltem moderanda est poena, item et modus peccandi, ut si quis ex subita ira, aut vehementi ratione deliquit, mitius puniendus est, quam qui consideratè peccavit, notandum est, inquam, non solum dictas causas in jure expressas, et consuetudine confirmatas esse rationabiles, rationabiles supremi Principis, sed et alias, quas aequitas suadet et jure benignitatis, et liberalitatis erga subditos ostensio ad sibi animos subditorum captivandos, alicujus Magnatis, aut alterius Principis intercessio, remuneratio, et gratificatio obsequiorum [illegible] delinquentis aut ejus progenitorum, et alias similes ex quibus [illegible] fere nunquam prorsum posse. Supremum Principem absque rationabili causa eximere reum à poena in legibus taxatam, si quando aliquem liberat. Atque ex his habes responsum ad illud Deuter. 13. Non parcat ei oculus tuus, ut misereris, et occultes eum. sed statim interficias eum. et Deuter. [illegible] Morietur, nec misereberis ejus. In primo enim loco Deus jubet idolatriae disseminatorem, et in altero interfectorem seu homicidam à judice morte damnari, utpote cum nulla subesset justa causa à morte eos liberandi. Nisi et dicere possis, capitis criminis reatus ad eam non esse, utpote cum judex Israelitici populi [illegible] [illegible] ad [illegible], quod [illegible] est [illegible] superioris respectu inferioris. Hoc de supremo Principe. [illegible] de judice inferiore sit

Propositio secunda. Judex supremo Principe inferior, ex causis capitis in jure expressis, aut legitima [illegible] [illegible] tenetur neque [illegible] per justas leges taxatam delinquenti [illegible] [illegible] convicto imponere. Ita Doctores [illegible] [illegible] [illegible] cum S. Thoma 2. 2. q. 67 in [illegible] ex S. Augto. dicente = Judex inferior non habet potestatem absolvendi reum à poena contra leges a superiore sibi impositas = Confirmat et S. Aug. lib. de vera Religione cap. 31, valetque canon. In istis. [illegible] 4; inquiens: Non licebit judici de ipsis (legibus) judicare, sed [illegible] [illegible] ipsas. item et Gregorius Magnus in Can. Sumnopere, [illegible] q. 3. judices [illegible] in hunc modum. Divina, et humana lex [illegible], [illegible] secundum [illegible] ibi definitum est [illegible] sancta. Quae doctrina et ipsa ratio probatur. Nam vel lex imponit poenam ipso facto, vel statuit ferendam; si [illegible], judex declarans delictum eo ipso declarat poenam incursam, quam incursionem ipsa impedire non potest; quia [illegible] sit superior legislatore superior. Si secundum, si [illegible] [illegible] lex [illegible] [illegible], [illegible] judex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] haec enim statuta est tanquam regula ipsius Divi-

geris, cujus observantiam ratione sui officii procurare tenetur, cum sit custos legum Reipublicae; atqui judex in judicando easque regulas tanquam illius directivam ac propositam, cujus observantiam ratione sui officii procurare tenetur, et eo magis [illegible] ponenti causa, quia nullus alius est qui possit ea lege [illegible] tenere, utpote cum reus nisi post sententiam condemnatoriam non subire tenetur, neque alius sit, qui eam possit imponere, ergo &c.

490 Adnotabis autem verba illa in propositione exceptis casibus in jure expressis, aut legitima praxi introductis. Licet enim judex inferior, universim loquendo, neque augere neque minuere possit poenam in legibus taxatam, potest minuere, aut augere in casibus a jure exceptis, quales sunt num. 488 retulimus cum doctis, et judicem inferiorem minuere posse poenam ut habetur in lege: Si diutino, ff. De poenis, quando longi temporis a crimine commisso intervallum [illegible] quando de judicibus ecclesiasticis, in quibus, ut habetur in [illegible] missa, de hereticis in 6, et capit. At si Clerici, de judiciis, conceditur ampliorem licentiam poenas remittendi, maxime cum [illegible] et non ad petitionem partis procedunt. Contra etiam [illegible] augere poenam, si delictum cum extraordinariis circumstantiis committatur, quae illud gravius, et atrocius [illegible] nisi [illegible] circumstantiis in lege fiat mentio, ut docent [illegible] theologi, Palaus, Bonacina, et alii locis supracitatis [illegible] jure; cujus et ratio est, quia nempe ita communi [illegible] bono expedit.

491 Dices contra secundam propositionem. Scriptura et [illegible] et detestantur judices secundum juris rigorem judicantes. Dicitur enim Jacobi 2 judicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam, ergo &c. Confirmatur. Judicium [illegible] Divinum imitari debet, atqui Deus peccatoribus poenas [illegible] ut de se ipso Ezech. 18 testatur inquiens: Nolo mortem peccatoris, ergo &c. Confirmatur 2do. Si judici non liceret minuere de rigore poenae per leges statutae, neque liceret interpellare [illegible] rogando judicem ut vel etiam ex parte remittat poenam [illegible] enim licitum est ab alio petere quod ipse juste facere non [illegible] consequens est falsum siquidem et sancti, et antiqui [illegible] verum rationem judices interpellarunt, ut patet ex [illegible] ad Marcellinum Comitem quae refertur can. 23 q. 5, in qua [illegible] pro Hereticis Donatistis [illegible] cujusdam Basilicae [illegible] Restituti et peremptorem alterius nomine Innocentii [illegible] tum interpellat ne eos eodem supplicio [illegible] ciat, ergo &c. Confirmatur 3tio, et ultimo. Licet facere [illegible] nulli nocet et alteri prodest, praesertim ubi non constat legem [illegible] quam obligare; atqui licet reum absolvere [illegible] ti alteri non nocet; item lex statuens poenam [illegible] hi statuit contra judicem; ergo &c.

492 Respondeo negando [illegible] quod asseritur non [illegible] tur per illud Jacobi 2 testimonium [illegible] misericordiam non consequuntur, si misericordiam non exercent in iis quae eorum arbitrio relinquuntur [illegible] [illegible] boni viri est ut sit [illegible] [illegible] si misericordiam non exercent [illegible] [illegible] aut humanam suam [illegible]

merenti causa. Cum enim judex debeat sec. rigorem legum de eiusd. reatu non est in ejus potestate diminuere, et proinde locum non habet misericordia, utpote quae justitiae locum suum relinquere [illegible]

Ad primam confirm. de se patet, argumentum non facere. Paritas siquidem est a supremo, et absoluto, ac independente ad inferiorem, et subordinatum legislatorem, et adeo nulla est. Hinc ad rem S. Thomas citata Quaest. 67. [illegible] = dicendum, quod Deus habet supremam potestatem judicandi, et ad ipsum pertinet, quidquid contra aliquem peccatur. Et ideo liberum ei est poenam remittere, praecipue cum peccato ex hoc poena maxime debeatur, quod est contra ipsum: non [illegible] remittit poenam, nisi secundum quod decet suam bonitatem, quae est omnium legum radix = Haec S. Doctor; quae de humano legislatore dici non possunt.

Ad 2dam confirmationem ultro concedo [illegible] antea [illegible] moratos fuisse, ac etiam nunc solere judices poenas temperare; at id praestitisse in ijs tantum casibus, in quibus rationabilis causa vel liberandi reum, vel saltem mitigandi poenam aderat, ubi nempe vel personarum conditio, vel modus patrationis, aut crimen committendi, aut se excusare videbatur aut absolutionem; aut mitigationem poenae in lege statutae pro tali delicto. Et sane in casu Augusti talis rationabilis causa aderat occasio nempe christianae benignitatis, eo tempore quam maxime necessaria ob religionis augmentum, atque ethnicorum delinquentium [illegible].

Ad ultimam confirmationem concessa majori nego minorem quoad utramque partem. Nam, ut est Angelicus praeceptor loco citato, ex inordinata remissione poenae in primis nocumentum infertur communitati, cui expedit, ut maleficia puniantur ad hoc, quod peccata vitentur; secundo personae, cui est illata injuria, quae recompensationem accipit per quamdam restitutionem honoris in poena injuriantis. Praeterea falsum est judicem nulla lege teneri ad poenam lege praescriptam imponendam, ut jam supra ostensum [illegible] ea ipsa lege poenam praescribente saltem mediate, et [illegible] tamen certum esse debet. Atq: hic de lege poenali quoad subditos, tum quoad judices dixisse sufficiat, [illegible] non remittendo [illegible] Tractatum de restitutione. Difficultatem, [illegible] judex absque causa remittens poenam per leges taxatam [illegible] teneatur. Nunc

Articulus secundus

De Lege odiosa, et favorabili.

Inter canonica principia nullum celebrius, ac frequentius in praxi occurrit regula 15. juris in 6: Odia restringi, et favores convenit ampliari, hinc in praesenti articulo pro recta intelligentia praefatae regulae duo veniunt examinanda, primum est quaenam lex sit quae odiosa, et quae favorabilis habenda sit. 2dum autem est, quinam sit verus, et germanus regulae sensus. Et quoad ad 1um spectat, Lex odiosa dicitur non jam ex eo, quod odio digna sit, utpote cum et haec justa sit, bonumque commune respiciat; sed odiosa vocatur ex eo, quod imponit gravamen aliquod, vel poenam, quam humana natura ex se sub[illegible] recusat: Lex autem nuncupatur favorabilis

est eo, quod favorem continet, ac beneficium confert [illegible]
cum non raro contingat, ut lex, quæ alium gravamen[illegible]
nit, alteri beneficium conferat, qualis est lex Tributi [illegible]
lex delinquentibus pœnam imponens, privilegium [illegible]
licet lex tributi gravis sit respectu subditorum, [illegible]
lis tamen est Principi, cui tributum est solvendum: item
licet reus gravetur per pœnam in transgressores [illegible]
per legem; adjuvantur tamen alii, in quorum defensionem
lex data est: Item licet Privilegiatus per privilegium
quo eximitur à jure communi, beneficio gaudeat, [illegible]
bitos tamen sentit onus, quod alioquin ipsa [illegible]
Cum, inquam, non raro contingat, ut lex [illegible]; hinc [illegible]
dissensio inter Doctores exorta est in assignando [illegible]
pro discernenda lege odiosa à favorabili, et [illegible]
Quamvis itaque, teste P. Anacleto [illegible]
711 et in Tract. de Regulis juris, extra dubium apud omnes [illegible]
sit, Leges, Canones, Statuta, et privilegia, quæ merum favorem
in favorem unius sine alterius præjudicio continent [illegible]
à jure communi non exorbitant, inter favorabilia [illegible]
nenda esse; alii ubi favor unius cum alterius gravamine
contingit, aut exorbitantia à jure communi intervenit [illegible]
sensio est inter Doctores. Nonnulli inter quos [illegible]
Suarez lib. 5. de Varietate Legum Humanarum Cap. 2. [illegible]
osa, et Favorabili num. 7., docent, omnem legem continentem
præjudicium, vel gravamen alicujus, aut malum [illegible]
[illegible] simpliciter odiosam esse, etiamsi favorem [illegible]
conferat; Contra alii apud eundem Suarez loco [illegible]
num. 8. existimant, ubi in eadem lege, vel statuto
favor, et gravamen conjunguntur, talem dispositionem
omnino favorabilem censendam esse. Verum utraque [illegible]
tia ab eodem Suarez, et aliis communiter rejicitur, [illegible]
quia data eorum varietate vix esset lex, quæ esset odiosa
aut favorabilis, ut meritento patet, cum vix sit [illegible]
quæ simul beneficium uni, et gravamen alteri [illegible]
tet. Quare placet addere tertiam, quam [illegible]
[illegible] tuetur. Docet itaque [illegible], quod [illegible]
sub diversis respectibus est favorabilis, et odiosa, non [illegible]
favore odio, aut odium favori sit præferendum, [illegible]
[illegible] sint omnia scilicet præcipue [illegible]
intentio, ratio boni communis per legem [illegible]
aliæ circumstantiæ materiæ, et verborum, ut [illegible]
tur, quod principaliter intenditur, et videtur esse [illegible]
et honestati, ac justitiæ legis magis consentaneum [illegible]
sentia [illegible] ex eo, quod id, quod per legem præcipue [illegible]
ditur à Legislatore, magisque bono communi condecet, [illegible]
vius, magisque honestati ac justitiæ consentaneum [illegible]
præcipuè [illegible], et [illegible] ab ea parte lex denominanda [illegible]
[illegible] juxta illud Philosophorum: Denominatio [illegible]
à potiori...

Ubi tamen notandum est primo, relatam Suarez sententiam locum habere, ubi favor, et odium ab invicem separari nequeunt. Si enim favor et odium ab invicem sunt separabiles, tunc docet profundatus P. Reiffenstuel cum aliis, legem seu dispositionem partim favorabilem, partim odiosam censendam esse, et proinde qua parte favorabilis est, late interpretandam esse; qua parte vero odiosa est, strictae interpretationis esse, ac proinde restringi debere.x Secundo notandum est, ubi favor, et odium ab invicem separari non possunt, estque dubium, quaenam pars praevaleat, seu an lex principaliter facta sit in favorem, vel odium alterius; et utique neque mens, neque aliae circumstantiae satis indicant, tunc juxta laudatum P. Reiffenstuel, Suarez, Salas, aliosque plures, legem censendam esse favorabilem, et consequenter late interpretandam esse. Nam de Principe potius beneficium, quam odium praesumendum.

Pro applicanda autem, et ad praxin deducenda Suarez sententia, melius infrascripta sententia, quam tanquam satis probabilem propugnat Salas hic Tract. 3. Disp. 1. Puncto 2. cum Covarruvias, et utroque Sanchez docens, eam legem censendam esse favorabilem, cujus mens praecepta est commodi eius, et veluti beneficium eis, quibus praecipitur, uti sunt leges, quae apponunt solemnitates quasdam contractibus, ut sic evitentur fraudes, quae signant taxam mercibus, ne ultra debitum valorem vendantur &c: contra eam constitutionem habendam esse odiosam, cujus mens est velut onus, et gravamen iis, quibus imponitur, sicuti sunt leges vectigalium, imponentes poenam transgressoribus &c. Quod tamen intelligo de onere, et gravamine [illegible] legi, non autem de gravamine, et onere intrinseco, quod est obligatio sub culpa theologica; quia secus omnis quaelibet lex habeat obligare ad culpam, qualibet esset odiosa; quod est falsum.

His positis pro intelligentia regulae. Odia restringi, et favores convenit ampliari. patet stricte, idest juxta verborum rigorem interpretandas esse, [illegible] de persona, aut casu expresso ad personam aut casum non expressum regulariter extendendas non esse primo leges resumpta, ac dispositiones omnes a jure communi exorbitantes, ac proinde ad consequentiam, aut exemplum trahendas non esse, ut habet regula 28. juris in 6: Quae a jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. et Regula 74 juris pariter in 6: Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. Quo respiciens Summus Pontifex Bonifacius VIII. cum statuisset, quod nec [illegible] Apostolicam dispensatione non obstante [illegible] [illegible] valeat beneficium etiam curatum obtinere, decernit quod nonnisi unicum possit habere inquiens: Nequit dispensationis hujusmodi [illegible] [illegible]

x Sequitur favor, et gratia quae clericis confertur per canonem. Si quis suadente diabolo, separari ut a gravamine excommunicationis, cui subsunt injicientes violentas manus in Clericum, sam predictus canon quae favorabilis extenditur etiam ad conversos, seu sic dictos Laicos Religiosos. qua odiosus vero comprehendit solum actu injicientes manus in dictos personas; non autem tantum [illegible] contumeliosa proferentes, aut tantum minantes aut comantes manus injicere

à jure oportet velut odiosam restringi] nisi unius [illegible]
obtinere. Ex quo proinde consequitur, dispensationes [illegible]
privilegia [illegible] privatis contra legem communem, vel con-
suetudinem communitatis odiosa esse, ac
deinde quantum fieri, restringenda esse.
Patet 2do stricte interpretandas esse [regulariter]
498 nes juris communis, et antiqui correctorias, quod docemur
[illegible] Praeterea [illegible] de Appellat. ubi habetur: Quidquid [illegible]
lege specialiter non videtur expressum, id veterum [illegible]
constitutionumque regulis omnes relictum intelligant
formatur ex eo, quod correctio legum non facile praesu-
meti, sed vitanda, ut dicitur in cap. cum expediat 29. de [illegible]
[illegible] concordare jura juribus, et eorum correctione [illegible]
[illegible] valeant evitari. Et merito ne alioquin jura [illegible]
fabricata, unico verbo, et quidem adhuc dubio, neque [illegible]
menta tollantur. Et proinde lex nova, quantumcumque
[illegible] et [illegible] intelligenda, et distinguenda
[illegible] leges antiquas speciales; sicuti et lex nova gen
[illegible] non est ita [illegible], ut et contra
[illegible] leges veteres, quae de casibus aliquibus specia
[illegible], prout docet P. Reiffenstuel cit. [illegible]
[illegible] Tit. 2. de Constitut. § 17. [illegible]
in interpretatione legum corrigentium.
499 Patet 3tio, regulariter strictam, seu [illegible]
[illegible], et expressionis intelligendas, et [illegible]
esse leges, et constitutiones poenales, ac [illegible]
hic vel ille casus, an haec vel illa persona comprehen[illegible]
tanquam non comprehensa habenda est. Nam, ut [illegible]
(a) 42 ff de Reg. Jur. Interpretatione legum poenae mollien[illegible]
[illegible] quam exasperandae. Et regula 49. [illegible] in 6. [illegible]
benignior interpretatio est facienda. Hinc [illegible] poenali [illegible]
[illegible] : nulla facta mentione Clericorum [illegible] interdicitur Populus non
prehenduntur Clerici, et è converso lege poenali, qua
[illegible], non comprehenditur Populus [illegible]
[illegible] habetur in Capit. Si sentia interdicti de Sen[illegible]
in 6. Item lege poenali, et odiosa, qua V. G. interdi[illegible]
non comprehenditur Episcopus ut docetur est in [illegible]
periculoso de Sent. excom. in 6., sicuti neque compre-
henduntur Canonici, aut alii in ecclesiastica dignitate [illegible]
[illegible], ut colligitur ex Capit. Statutum 22 [illegible]
Quod cum [illegible] extendatur aliis poenis, materiis, [illegible]
500 Est autem supra in corollariis [illegible]
[illegible] nonnulli sunt casus, in quibus etiam in [illegible]
à jure communi, et odiosis lata interpretatio [illegible]
da, et extensio in casu ad casum, de persona [illegible]
[illegible] in statuto non [illegible] facienda [illegible]
[illegible] ut [illegible] P. Reiffenstuel citato Tractatu [illegible]
juris, quando agitur de favore publico, utilitatis [illegible]
[illegible] exigit [illegible]
[illegible] ex [illegible] colligitur ex [illegible]
si quis ff de [illegible]

2do, Privilegium, et Rescriptum, quantumcumque a jure communi exorbitans, late interpretandum est, quando in cedit in favorem cultus Dei, Religionis, fidei, et salutis animarum. Nam praeter auctoritatem Canonistarum, quos P. Reiffenstuel loco supracitato refert, et Theologorum, id etiam ratio ipsa ostendit: siquidem, ut dicitur Lege: Sunt personae, 43 ff de Religiosis, et sumptibus Funerum, summa est ratio, quae pro religione facit. Qua ratione pronunde Glossa in Capit. Sciant vers. Alios de elect. in 6, Sylvester, Suarez, Laymann, et alii apud citatum P. Reiffenstuel eandem doctrinam extendunt ad ea, quae concessa sunt in favorem Ecclesiae, Monasterii, Hospitalis, vel alterius piae causae.

3tio, Privilegium, et Rescriptum etiam juri communi contrarium motu proprio, et ex certa scientia concessum est amplae interpretationis, ut docet citatus Reiffenstuel cum Suarez, Laymann, et aliis. Nam ut habetur ex Capit. Si motu proprio 23, et Capit. Si pluribus 29 de Praebendis in 6, tale beneficium tanquam proprium Principis, et ex certa scientia concessum amplecti, et latam interpretationem meretur.

